cause eius in quantum. s. aliquis elemosynam  
dat propter dilectionem dei et proximi. Et quan-  
tum ab hoc affert fructum spiritualem: unde  
sapiens Ecclesiastici. xxix. c. ait. Elemosyna vi-  
ri gratiam hominis quasi pupilla conseruabit.  
**T**ertio potest considerari ex parte illius cui da-  
tur: et sic habet spiritualem effectum in quantum  
scilicet primus cui per corporalem elemosynam  
subvenitur mouetur ad orandum pro benefi-  
cione. Ad primum itaque argumentum dicendum  
quod ratio illa procedit de corporali elemosyna fin  
substantiam. Ad secundum vero dicitur quod vi-  
dua que minus dedit fin quantitatem plus de-  
dit fin suam proportionem: ex quo pensat in ip-  
sa maior charitas affectus: ex qua charitate elemo-  
syna corporalis spiritualem efficaciam habet. Igittu  
beatus laurentius ex hoc maxime comedatur  
quia totus charitate succensus thesauros pau-  
peribus dispensauit. Nec obstat quod sui non erat  
quos si voluisse potuisse pro se retinere: cum  
etiam si semper illos possedisset: adhuc distri-  
buisset pauperibus propter diuinum amorem.

**C**Qualiter beatus laurentius examinatus est  
igne tiranice persecutionis et de gratia consta-  
ta et gloria beati laurentii. **C**apitulu. iij.

**E**rtus ignis quo exanimatus est bea-  
tus laurentius: et non est inuenta in illo  
iniquitas impaciens: dicitur tiranice persecuti-  
onisnam decius persecutus est eum usque ad  
mortem: quam ipse letanter pro Christo suscepit: de  
bac tamen illius persecutione considerare de-  
bemus tria.

**P**rimo gratiam.

**S**econdo constantiam.

**T**ertio gloriam.

**P**rimo consideremus gratiam quam deus  
contulit beato laurentio in miraculis faciebus  
et conuertendis gentilibus. veniens namque ad  
domum cuiusdam videlicet que multos christia-  
nos in domo sua absconderat: quaz longus vo-  
lor capituli detinebat: imposita manu super cap-  
ut eius eam a doloris capituli liberauit et pau-  
perum pedes lavans omnibus elemosynam de-  
dit. Eadem nocte in domo cuiusdam christia-  
ni veniens quandam cecum ibi repperit et fa-  
cto signo crucis cum illuminauit: unde eccllesia  
cantat de eo. Laurentius bonus opus operar-  
est: qui per signum crucis cecos illuminauit.  
Cum autem beatus fuit decio nolle consen-  
tire nec ydolis imolare ipsum decollari precepit  
accurrens autem beatus laurentius post ipsum  
exclamabat: noli me derelinquerre pater sancte  
quod thesauros tuos iam expendi: quos tradidi-  
sti mihi. Tunc milites audientes thesauros laure-  
ntium tenerunt: et perthecito tribuno tradide-  
runt. Ipse autem decio eum presentauit. Qui  
tradidit cum Valeriano prefecto ut aut the-  
sauros prodat et sacrificet ydolis: aut diversis  
cum intrer faciat supplicis et tormentis. va-  
lerianus autem cuidam vicario nomine hipo-  
lito in custodia eum tradidit: quem ille cum multis  
alijs in carcere reclusit. Erat autem ibi in custo-  
dia quidam gentilis nomine lucillus qui plo-  
rando lumen oculorum amiserat. Eum beatus  
laurentius lumen se restaurare promisit: si in  
Christum crederet et baptizatum suscepit: at ille se  
baptizare instantius postulauit. Accipiens ergo  
laurentius aquam dixit cionnia in confessio-  
ne mundans. Lunus illum de articulis fidei in-  
terrogasset diligenter. Et ille omnia se credere  
confessus fuisse: aquam super eius caput effun-  
dit et ipsum in Christi nomine baptizauit. Sta-

tim q̄ qui cecus fuerat lumen recepit. Quapropter multi ad eum ceci veniebāt: et ab eo illuminati redibant. Interrogat⁹ ab hipolito de thesauris: ita respondit q̄ ipsius ad fidem cōterrit⁹ et cum omni familia baptizauit. Secundo consideremus beati laurentii constantias quā habuit in tormentis: post omnia quidē supradicta mandauit valerianus ad hipolitū ut laurentium presentaret: cui laurentius ait: ambulemus pariter quia mibi et tibi gloria preparatur. ad tribunal igitur ambo veniunt et fit iterum inquisitio de thesauris: laurentius autem triduo iudicias petiit: quas valerianus eidem sub hipolliti pollicitatione cōcessit: in hoc triduo laurentius pauperes claudos cecos et alios collegit: eos in palatio salustiano corā decio presentauit dicens. Ecce isti sunt thesaurei eterni qui nunquam minuuntur sed crescunt: qui in singulis disperguntur et in omnibus inueniuntur. horum enim manus thesauros in celum deportauerunt. Valerianus preseēte decio dicit. Quid variaris per multam: iam nū sacrificia et magicam artem depone. Lui laurentius. Quis debet adorari qui factus est an qui fecit. Igitur decius iussit eum scorpionibus cedi: et onne genus tormentorum ante ipsum afferriri: quem cum sacrificare iuberet ut hec tormenta cuaderet. respondit infelix: has epulas semper optauit. Tunc ibidente decio nudus fustibus cedit⁹ et ardentes lame ad latera apponuntur. Dicit⁹ laurentius. Domine iesu christe deus deo miserere mibi seruo tuo quia accusatus non negauit. interrogatus te dominum confessus sum. Dicit⁹ ei decius. Icio q̄ per artem magicam tormenta deludis: itemen deludere non valebis. Iussit⁹ eū plumbatis durissime cedi: laurentius autem oravit dicens. Domine iesu christe accipe spiritū meū: tunc audiente decio vox insonuit. Adhuc multa certamina tibi debentur. Tunc decius furore repletus dicit: viri romani auditis de mones istum sacrilegum consolantes: qui nec deos colit nec tormenta metuit: nec iratos principes erpauescit. Iussit⁹ iteram eum scorpionibus cedi. Subridens autem laurentius gratias egit: et pro astantibus exorauit eadem hora romanus in xp̄m credit⁹. Reclusus p̄ huc iterum laurentius in custodia hipoliti nocte sequenti laurentius ad decimum adducitur: cui de eius aut inquit diis sacrificabis aut nox ista i

te cum supplicijs erpendet. Lui laurentius mea nox obscurum non habet: sed omnia in luce clarescant. Dicit⁹ decius: asseratur lectus ferens ut requiescat in eo: contumax laurentius ministri ergo eum etuentes super craticulam ferream extendunt: prunis suppositis eū cuj furcis ferreis compresserunt. Dicit⁹ laurentius valeriano. discere miser: q̄ carbones tui mībi refrigerium: tibi autem eternum suppliciū prestant: quia ipse dominus nouit q̄ accusav̄ non negauit eum: interrogatus christum cōfessus suz: assatus gratias ago: dicit⁹ bilari vultu ad decimum. Ecce miser assasti vnam partem gira aliam et manduca. Deinde subdidit: gratias ago tibi domine quia ianuas tuas ingredi merui: et sic spiritum emisi. Confusus decius cum valeriano ambulauit in palatum tiberij relicto corpore super ignem. Quod hipolitus mane rapuit et cum iustino presbytero in agro verano conditum aromatib⁹ sepeliuit. Ter tio consideramus gloriam quam assecutus est beatus laurentius post suscep̄tum martyrium et illa que in celis est et nobis est imperscrutabilis obmissa tantum ad cani dirigamus mente quam tribuit illi deus in sua eccllesia militante fecit quidem deus sanctum suz martyrem multa miraculis coruscare: de quibus pro deuotione nostra aliquā pauca narremus. Refert gre giōis turonensis. dum quidam sacerdos quandam ecclesiam sancti laurentii repararet et trabes quedam nimium breuis esset. rogoaut beatum laurentium ut qui pauperes fonerat sic inopie subveniret. Que subito sic excreuit ut pars non modica abundaret. Quam pars tamen sacerdos minutatim incidit et multis unde infirmitates sanabat. Quidam insuper presbyter nomine Santulus beati laurentii eccliam a longobardis incepsaz reparare volens artifices multos condurit. Quadam autem vice dum quid eis apponereb̄t nō haberet premissa oratione respectu in cibarium et ibidem candidissimum panem inuenit. Sed cum vix ad viii prandii cibum tribus personis sufficeret videretur laurentius artifices suos nolens deficere sic predictum panem multiplicari fecit q̄ in alimentum decem dicrum operarijs cāctis suffecit. Sunt et alia hui⁹ sc̄i miracula que causa breuitatis omittimus. Igū deciōne qua possum⁹ bñm laurētiū deprecemur ut sua intercessione nos dignos efficiat q̄ media-

te perennire valeamus ad illam gloriam semper eternam in qua ipse letatur cum domino Christo nostro. Qui sit honor et gloria in secula seculorum. Amen.

**C**sermo quinquagesimus quintus de sancto Augustino preclarissimo lumine ecclesie scriptus.

## **Christus purga-**

uit peccata ipsius et exaltavit in eternum cornu eius. Sapientis verba sunt ista originaliter Ecclesiastici. xvij. c. Ex omni parte resonant laudes eximiae angustini doctoris prestantissimi. Tanta et verbo illarum copia est ut non nisi longissimis orationibus explicari queant; verutamen ne in solenitate ipso ab eius deuotione mens nostra ieiunet aliqua de ipso patre celebratissimo breviter disseremus. Haudent quippe brevitate moderni. ut nota sit. q. metus caui. l. i. C. de appellationibus. Lamplio. s. in refutatorijs. Colligimusque aliqua et multis que sancti angustini et merita et gloriam exprimitur verba sapientis in themate in quo tria mysteria de b. augusto distinguuntur.

**P**rimū dicitur conuersationis.

**S**econdum commendationis.

**T**ertium magnificationis.

**C**onuersione beati augustini et de his qui inducerunt eum ad heresim et de erroribus manicheorum.

**C**apitulum. i.

**R**imū mysteriū declarandū de b. augusto dicitur conuersionis de quo dicuntur. xps purgauit peccata ipsius. hoc virtus factum fuit: dum relata vanitate phoz: abiectaque impiissima heresi manicheorum in christum perfecte creditur et sacrū baptismū suscepit ad quod pleniū intelligendum tria in hac parte dubia proponemus.

**P**rimū que fuerint cause augustinū ad heresim manicheorum inducētes.

**S**econdū qui sunt manicheorum errores principales et detectandi.

**T**ertium que fuerint media ad penitentias et conuersionem augustini cooperantia.

**A**d primū dubium respondemus quod fuerint tres cause precipue que inducerunt augustinū in errores manicheorum.

**P**rima dicit intellectus existimatio.

**S**econda affectus inordinatio.

**T**ertia cordis obduratio.

**P**rima cā fuit existimatio intellectus: habu-

it namq; ex dono nature tantā ingenii subtilitate tantūq; intellectus acumen ut videat quodāmodo impossibile quod ipse de fei etitate fatet. At enim sic in ita confessioniū. Quidam libros artiuq; q; liberales vocat tūc negligimus cupiditatū in quāx seruus p me ipsum legi et itelleri q; legerem potuit. Quicquid n. ē de arte disserendi et loquendi. Quicquid de dimensionibus figuraz et de musicis et de numeris sine magna difficultate nullo homini tradere itineri. Hec tu dñe de meus q; celeritas intelligendi et discendi acumen donū tuū est: sed nō ide sacrificabā tibi: sed ideo sic excludit quoniam non se humiliabat deo neque scripturis sanctis prebcre volebat assensū. Et ut bernardus super cantica asserit. Superbo loco veritas non videat. Et sup illud Jeremie. xl. viiiij. arrogantiā tua et superbia cordis tui decepit te glo. ait. omnis hereticus arrogans quia superbia facit hereticum non ignorantia. Breve ergo. insuper dicit: Tanto a dei luce superbi lōge sunt quanto apud se humiles non sunt. Ad hanc itaq; dementia superbi deuenient ut intellectum eoz minime limitatum arbitrentur: creditur q; illum propria vi attingere posse omnia intelligibilia. Sic et augustinus putabat se absq; deo suo intellectu omnia penetrare: ob quod si nebat eum deus ruere in tenebras errorum: unde in libro confessionum loquens ad deum dicit. timore meo separabar a te et nimis inflata fatus claudebat oculos meos. Et iterum in codem libro. instrui animū intendere in scripturis sacris: sed visa est mihi scriptura indigna quam tuliane dignitati compararem. Tumor enim mentis fugiebat modum eius. Illa ante erat que cresceret cum parvulus: sed ego deci gnabar esse parvulus et tumidus faustu grandis mihi videbar. **C** Secunda causa que induxit augustinū in errores fuit affectus inordinate. inclinaverat q; affectū suū iordiate ad ista temporalia bona ad diuitias ad gloriaz vanam et similia. Nam de cartagine romae et de roma mediolanum pererexit: ut rethoricā vendaret illas scilicet legēdō et sine cupiditatē et glorie satisfacret: unde ipse ait in libro confessionum. Docebam artēz rethoricā et victoriosam loquacitatem virtus cupiditate vendebam. Et iterum in codem libro. Extrahabant nebulae de limosa concupiscentia carnis et scatēbra pubertatis et obnubilabant eoz mēcum ut non discesseretur serenitas dulcedinis a caligine libidinis. Multi enim tāto ardore ad hec temporalia

inflammat̄ vt omnino ceci facti in variis laban̄ erroreis. h̄i l̄ iterdū christianos suo oce se fore dicant: tñ in corde n̄l credit de vita futurā penas timet. neq; desiderat̄ gloriā sempernā. ¶ Tertia cā q; induxit Augustinū ier̄tores dicit̄ cordis obduratio: vocatus namq; a dō multo tēns & tactus gratia illius nobebat aperire eoz suū: mo claudebat illud. vnde in libro confessionū dicebat. Vocasti me t nō erat qui r̄nideret tibi dicēti mibi. Surge q; dormis & crurge a mortuis: ligatus enī crām nō alieno ferro sed mea ferrea volūtate. Volutabat̄ g; Augustinus in perditissimis erroreibus manicheoz nēcēnō & alioz. Nam ad has nugas adducens est vt arboz sici plorare diceret: cu; ab ea fucus vel foliū rolleret.

¶ Secundū dubiū fuit: q; sunt manicheoz errores principales & detestandis: t ad hoc dici mus q; sunt tres.

Primus est contra principii veritatem.

Secundus ē incarnationis xp̄i veritatem.

Tertius contra legis antique bonitatem.  
¶ Primus error manicheoz ē cōtra principij unitatē: nam vt dicit̄ in.c.i de summa trinitate & fide catholica. unum vniuersorū principiū Qd̄ Atri. & pbi. viii. pbisicoz. vnum mouens: t in libro de causis vnam primā causā: t in.rh. metaphysice. vnum principe appellat. Sed Augustinus cōscr̄bit in li. de natura boni. manichei duo principia ponit vnum mali aliud boni: vnum b̄m eos princeps lucis est. Luius habitatio regio lucis super ista visibilis. Alter ē principe tenebrarum ex aduerso: cuius habitatio est regio tenebrarū: t vterq; princeps habet populi suū & a principio tenebrarū dicunt esse corruptibilia & mutabilia. Iste error valde p̄n melius ē: t creatori & creaturis. Creator q; pp̄e quia magnā parte sui regni & glorie sic auferet ei dominū creaturarū visibilium alteri tribuit. Creaturis etiam cōtumeliosus est: quas retrahit a domino tā honorabili & subdit eas tam vili seruitū: vt est seruitus diaboli. Sed vt appareat būius erroris. fallitas subdemus auctoritates & rationes quibus inititur vt sic debilitas eius facilius cornuat. Arguit ergo primo manichei. q; matthei. vii.c. dicit̄ xps. nemo p̄t duobus vniis seruire: vocans diaboluz dominū eo q; ipse sit dominus mundi: vt ipsi aiunt: ergo ipse est deus vel creator: ipsius. H̄i argumentū nō p̄cludit. cu reges gentiū dominentur. lucc. xxij. sed tamē nō sunt dij vel crea-

tores. Secundo arguit q; matthei. viij.c. scribitur. nō potest arb̄z bona fructus malos facere. Ex quo inferunt: ergo mala nō possunt cē ab eo cē principio a quo sunt bona. Ergo sunt duo principia vnu bonoꝝ: altud maloꝝ. Quibus r̄ndemus q; l̄ arboꝝ bona nō faciat malū fructū: tñ n̄bil. phibet fructū quē arbor bona bonū pdurit posse putrefaci & corumpit: t ne mo adeo fatuus est vt cū videt diversa pira in archa vel in mensa: quoꝝ alia putrida sūt: alia sana q; ppter hoc nō credit ea non posse cē ex eadem arbore: nec aliquis credat duas mulieres nō posse habere vñā matrē: eo q; vna virgo alia corrupta. Sic n̄bil. phibet diabolū cē bonū creatione & factū a dō: malū vno sua voluntate. ¶ Tertiū arguit manichei q; ioānis viij.c. scribitur. vos ex patre diabolo estis: ergo diabolus est creator illoꝝ: quibus verba illa sic dicta suū. Respōdet̄ q; nō sequitur: nam pater dicitur aliquis alterius: vel q; ab eo habet substantiā: vel quia ab eo habet mores scrip̄iendo eius doctrinā: vel imitando vitā: b secundo modo diabolus erat pater phariseoz. ¶ Quarto arguit ioānis. xiii. christus dicit de diabolo. vñt enim princeps mundi huīus & in me nō habet quicq; diabolus p̄nceps mādi vocatur: ergo mundus est ab eo. respondet̄ q; nō omnes principes sunt dij vel creatorē: p̄tēra ipse princeps erat usurpatione: vnde iudicio a mundo erat ciciendus: s̄m illud ioānis xij. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps mundi huīus eicitur foras. ¶ Quito arguit quia ioānis. xviii. dicit xps. regnū meū nō est de hoc mundo. ergo xps nō est rex huīus mundi: ergo mundus est regnum diaboli. Respondet̄ q; regnū xp̄i fidèles vocant: qui nō sunt de hoc mundo: quia nō sunt dediti mundanis sunt tamē in mundo: sed quasi exulantes & eternū regnū dei desiderantes. ¶ Serto arguit quia apl̄ fa ad corinthios. iij.c. ait. deus huīus seculi exēceauit mentes infideliū: diabolus ergo deus huīus seculi est. Respōdet̄ q; diabolus nūcupatione deus est vel dñs & non s̄m veritatē. Nam & venter deus vocat ad phili. pent. iij.c. quoꝝ deus venter est: tamen venter nō est creator: ostendendum est igil manicheis q; omnia sunt creata ab ipso deo visibilia & i visibilia. Scribit̄ nāq; matthei. vij.c. Respōcite volatilia celi tē. Et subditur pater vester celestis pascit illa: ergo cibis corruptibilis q; aues pascuntur a patre celesti est. Et matthei. v.c. di

erit de panē celesti. pluit super iustos & iniustos: ergo pluvia est ab eo. Et matthei. viii. c. scribitur de xpo q̄ vēti & mare tanq̄ dño obe diebant cī. et ioannis. i.c. Omnia per ipsū facta sunt. et itez ibi. In p̄pria venit & sui eum non receperunt. Sed nō erant per gratiā sui: cum essent mali: ergo sui erant per creationē. Item mutauit aqua in vīnu corruptibilem. ioannis. ii. ergo & corruptibilia sunt ab ipso. Et ap̄l's ad romanos. ii. c. ait. ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Et prime ad Corīthios. i. c. Ex deo oia. et ad Ephesios. ii. c. ipsi factura sumus. et eiusdem. iii. c. In deo qui creauit oia. et ad collocens. iii. In ipso condita sunt vniuersa que sunt in celo & in terra visibilia & invisibilia. Et ad Hebreos. i.c. Initio tu dñe terrā fūdasti: & opera manū tuarū sunt celi. et Actiu3. iij. c. dicuntur. Tu fecisti celi & terrā. et eiusdem. xvii. c. de us qui fecit mundū & omnia que in eo sunt. et apocalypsi. x. c. iurauit per viuentē in secula se celoz qui creauit celo & terram mare & oia q̄ i eis sūt. mouent̄ itaq̄ manichei absq; villa ratione docentes multas fatuitates. Secundus error manicheoz est contra incarnationis xp̄i veritatem: dicunt enim xp̄m non habuisse veram humanā naturā. Sed contra istos est scriptura sacra: que christum affirmat deum & hominē: hominē No perfectū ex aia rationali & humana carne subsistente: atq; vez redemptorē mundi affirmat qui nos redemit precioso sanguine suo. Tertius error manicheoz est: cōtra legis antique bonitatem: dicunt enī patres veteris testamenti fuisse dānatos quia legunt̄ aliqui peccasse. Sed similiter dicendum solet de petro & paulo qui aliqui peccauerunt. qđ ipsi negant. Sed nos pbamus testimonij noui testamenti qđ ipsi recipiunt. antiquos patres bonos fuisse atq; saluatōs: nam legiſ matthei. viii. c. Adulti ab oriente & occidente venient & recumbēt cī abraam isaac & iacob in regno celoz: ergo abraam isaac & iacob sunt i regno celoz. Item matthei. vii. c. in transfiguratione dñi apparuerunt moyses & belias cū eloquentes: si dannati fuissent in transfiguratiōne illa nō affuisserent. Insuper luce. xvij. laçans mortuus portatus est ab angelis in finū abrae. Tenet adhuc manichei legē veterē datam esse a principe tenebrarum & malam esse. Lui errori occasionem dedit primo legis grauitas. Vīsum est enim aliquibus nō fuisse dñi benignū qui tam graue onus populo imposuerit. Ad

quod dicendum q̄ corda īdeorum erēcta erant per presumptionem. Nam dicebant Erodij. xviii. ca. Non deest qui implat: sed deest qui inbeat. Et Erodij. xxiiii. capi. Respondit vniuersus populus simul cuncta que locutus est dominus faciens, ideo humiliandi erant graui onere legis: ut ad auxiliū gratic curreret. Secundo dedit occasionem huic errori iustitia qua puniebant criminosi. vnde dicunt non fuisse deum benignū qui legem tā crudeles dedit. Ad quod dicendū q̄ cum principium sapientie sit timor dei: vt scribiſ Proverbiorū. i.c. pfectio vero sapientiā sui amor dei. prima lex debuit inchoare a timore malos acriter puniendo secunda lex debuit sapientiā perficeret cuī amore multis ammonitionibus & promissionibus & beneficiorum exhibitionibus incitando. Tertio huic errori occasionem dedit verbum apostoli ad romanos. vi. c. vbi ait. nunc soluti sumus a lege mortis: vt vocat̄ ab apostolo lex virtus lex mortis. Ad quod dicendū q̄ lex mortis fuit suis transgressoribus: sed lex vite fuit intentione dantis: sed lex mortis vitio transgredientis. vnde subdit ibi apostolus. Quid ergo dicimus: lex peccati est ab sit. Sunt & alii manicheorum errores ridēndi: quos cā breuitati omitimus. Si quis autem de illis plenius edoceri velit legat sumam de virtutibus & ibi materia ista bene copioseq; digestam inueniet. Tertium dubium fuit. Que fuerunt media ad penitentiam & conuersiōnem augustini cooperatoria. Et dicimus q̄ tria: primū fuit pie matris lachrymofa oratio. Secundū ambrosii facunda predicatione. Tertium exemplorum pronocatio. Primum fuit pie matris lachrymofa oratio. Ipse nāq; in puntia africe ciuitate vero cartaginensi ortus honestus parentibus genitus est ex patre. s. patritio: matre vero monicha nupcata: hec religiosa valde: et in christi amore fundata plurimā flebat pro filio: et ipsū ad unitatē fidei reducere satagebat. Quadam autem vice & ipse in libro confessionū testat̄: mater illa sancta vidit se stare in quadam linc lignea h̄z tristem: & quidam cī pulcherrimus iuvenis astigit & causam tante tristitie requisiuit. Que cum diceret perditionē filii mei augustini deploro. Ille respondit: esto secura: quia vbi tu ibi ille: et ecce continuo filium suum iuxta se stare vidit: hec post dum augustino retulisset. Ille ait falleris mater non tibi sic dictum est. Sed vbi ego ibi tu, econtra illa dicebat. Non

fit mihi vietum est vbi ille ibi tu. Sed ubi tu  
ibi ille. Rogabat ergo sedula mater quasi im-  
portuna quandam episcopum ut pro suo filio  
intercedere dignaretur. Eui tanta quodam-  
do importunitate denuis prophetica voce  
respondit: vnde secura quia impossibile est ve-  
filius tantarum lacrymarum pereat. Ne ipsa  
itaq; referre possimus illud quod christus in  
sermone qui legitur in festo beati iacobi maio-  
ris dicit. non scriebat inquit illa sicut certe  
matres que corpus natorum amant animam  
autem contemnunt. Desiderant enim illos vale-  
re in hoc seculo: et non curat qd in alio sunt pas-  
suri. Alii militias filii prouident alii honores  
et nemo filius prouidet dominum: perditiones  
illorum cum magno precio coparant: et salutes  
illis nec dono accipere volunt. Si vident illos  
pauperes tristantur et suspirant. Si autem vi-  
derunt peccantes nemo tristat: vni ostendat qz  
corporis sunt parentes non animalium. Hec ille.  
Secundum medium qd concurrevit ad penitentia-  
tiam et conversionem augustini fuit ambrosii facu-  
da predicatione. Cum enim augustinus apud car-  
taginem multis annis retrorsum docuisse oculi  
re marre nesciente romam venit: et ibidem mul-  
tos discipulos congregauit: his temporibus  
mediolanensia a synaco prefecto romanorum  
petiere sibi doctorem in rhetorica destinari. Erat  
ibi tunc presul vir dei ambrosius et ad preces  
mediolanensium illuc mittitur augustinus: ma-  
ter autem eius quescerere non valens cuz multa  
difficultate ad eum venit: et ipsum iam nec  
vere manicheum: nec vere catholicum reperit.  
Cepit autem augustinus aucto ambroso adhe-  
retere et eius predicationes frequenter audire.  
Erat. n. in predicatione sati suspensus ne quid  
pro ipsa manicheoz heres vel pro ipsa di-  
ceret. quadam vice intra illu erroris ambrosi di-  
tius disputauit et ipsu aptis ronibus et auto-  
ritatibus pfutauit ita ut error a corde augus-  
tini penitus pelleretur. Tertium medium qd  
concurrit ad penitentiam et conversionem augustini  
de exemploz pueratio et inflamatio. Cum. n.  
sic ipse narrat in li. confessione iam via xp̄i sibi  
placeret h; per ipsa angustia adhuc ire pigret  
imisit dñs in mentem eius ut ad simplicianuz  
in quo lucebat gratia divina pergeret ut sibi  
estus suos conferenti pferret quis esset aptus  
modus ambulandi in via dei in qua alius sic  
alius sic ibat: dispicebat enim ei quicquid age-  
bat in seculo pre dulcedine dei et decore dom⁹

eius quā dilexit. Simplicianus autem cepit eū  
hortari ipse quoq; cepit scipium hortari ac di-  
cere. Quot pueri et puerelle intra ecclesiā deo ser-  
vunt. tu no poteris q; isti et iste an vero isti et  
iste in scipis possunt et non in deo suo: quid in  
te stas et non stas: proice te in eum et recipiet te  
sanabit te. Inter horum colloquia memoria vi-  
ctorum in medium venit: unde exhilaratus sim-  
plicianus narrat. Qualiter idem adhuc genti-  
lis ob sui sapientiam romē qd maximum erat  
tunc statuam meruisset. Et qualiter se lepius  
christianum dicebat: cui cum simplicianus di-  
ceret: non credo nisi videro te in ecclesia: ille io-  
cando dicebat: nunquid parietes faciunt ho-  
menum christianum: tandem dum ad ecclesias  
venisset et ci tāq; verecūdo occulite lib vbi erat  
symbolum fidei ad legendum datus fuisset: il-  
le in altum ascendit et alta voce pronunciauit.  
Tunc etiam ab africa quidam amicus augusti  
in nomine pontianus superuenit et vitā et mi-  
racula ipsius magistri Antonii qui nuper i egypto  
pto sub Constantino imperatore defunctus  
fuerat recitauit. horum exemplis augustinus ve-  
hementer exgratit: ita q; socum suum aliupium  
tam vultu qz mente turbatus iuasit et fortiter  
exclamauit. Quid patinur quid audiri. Sur-  
gunt indocti et celū rapiunt et nos cum doctri-  
nia nostris in infernum demergimur: et accu-  
rens in quendam hortum sub quadaz fice se p-  
iecit ut ipse narrat in li. confessionum et ama-  
rissime flens lamentabiles voces dabat. Cum autem  
amarissime fieret audiuit vocem dicen-  
te sibi. Tolle legem: aperuitq; statim codicē apo-  
stoli et coniectus oculis ad primū cap. legit. I  
dnimini dñm icum xp̄m. et statiz ab eo oes du-  
bietatis tenebre disfugerūt: interim autem tāq;  
vehementissimo dolore dentis torquerecepit: vt  
fere ad credendam opinionē cornelii phi succē-  
deretur q; sumum bonū aie in sapientia: sumū  
vero bonū corporis in nullū sentiendo dolorē  
posuerat. tam vehemens autē ille dolor fuit q;  
etiam loquelā amulit. Quo circa ut in li. confes-  
sionē refert in tabulis cercis scriptis: vt oes p-  
eo oraret ut dolorē illū deus mitigaret: ipse ve-  
ro cum altis genua flexit et subito sanum se se-  
fit. insinuauit ergo per litteras sancto viro am-  
broso votum suum ut moneret qmd sibi de li-  
bris sanctis legendum esset: quo acroz fieret  
fidei xp̄ianit ille iussit. Isayam prophetam co-  
q; euangelii et vocationis gentium pronuncia-  
tor apertior videatur. Luius principiū: in cum

augustinus nō intelligeret totum alīnd tale cē  
arbitrāns distulit vt illud relegeret cum i scrū  
pturis sanctis magis exercitatus esset. Adue  
niente vero pascali tempore augustinus cum  
esset annoz triginta cum filio suo a deo dato  
puero valde ingenioso: quem augustinus i sua  
adolescentia dux adhuc gentilis et philosoph⁹  
esset generat: necno cum alippio amico suo sa  
crum baptismi suscepit: dc hac augustini con  
versione scripti sanctus datius epus mediola  
nensis li. i. sic cronice. c. x. de quo datio gregor  
ius meminit in libris dialogoz. Tunc in illo  
baptismate ambrofius sc̄cepit. Te deum landa  
mus. et augustinus r̄dit. te dñm confitemur.  
Et si ipsi duo bu c hymni alternatum cōpo  
suerūt: et vscq i finē dēcātauerūt: ptinus aut i  
fide chatolica mirabilis p̄firmatus spēz omnē  
quā hēbat i hoc seculo dereligt: scholis quas  
regebat abrenūcavit. o miranda dextere dei ex  
celsi mutatio que augustinū nō solum de tene  
bris eduit in luce sed illū luminare grande in  
sua ecclēsia p̄fecit.

**C**ō de humili penitentia et singulari doctrina  
atq̄ integratit vite beati augustinī. Cap. ii.

**S**eundum mysteriū declarandū de bea  
to augustinō dicis cōmendatio. Cōmē  
datur quidem maxime de tribus.

**C**ōm̄o de penitentie humilitate.

**S**ecundo de doctrine singularitate.

**T**ertio de vite integratate.

**C**ōm̄o cōmendatur de penitentie humili  
tate. nam h̄i peccata graui amarissime defle  
vulst: tamen ex ipsa humilitate de peccatis q̄  
nos minima reputant in li. p̄fessionum deo  
se dolenter accusat. Sicut de eo q̄ cū puer cēt  
ludebat ad pilā cū ad scholas ire debet. Itē  
de eo q̄ n̄ volebat legere vel addiscere nisi vi a  
parētibus v̄geretur. Itē de eo q̄ fabulas poe  
tarum sicut fabulā enī cū adhuc esset puer lū  
benter legebat: et didonē mortuā ppter amo  
ré plorabat. Item de hoc q̄ de celario vel men  
sa parentum aliquia furabatur ut pueris ludē  
tibus daret. Item de eo q̄ in ludos puerorum  
fraudulentas victorias exercebat. Item de eo  
q̄ pira de quadam arbore vicina vince sic cū  
esset annoz serdecim furatus fuerat. Accusat  
etiam se de eo q̄ aliquando nimis libenter ca  
nē vidit currentē. Et de eo q̄ per agrū trāfīs  
venationem libenter p̄sp̄erit: et de eo q̄ domi  
existens arancas muscas suis retibus capien  
tes nimis attente prosperit. Ideo autē de his

coram domīo confitebaſ vt ipſe dicit. Quia  
aliquando a bonis meditationib⁹ ancertunt  
et orationes iterrāpunt. Si q̄s v̄o feruōē cō  
punctiones deuotionē atritionem augustinī  
penitentis plene scire desiderat legat libros cō  
fessionum qui vndiq̄ resonant liquefactionē  
cordis ipsius. Secūdo cōmendatur augustin⁹  
de doctrine singularitate. Singulāris et excel  
lētissimus fuerit in doctrina ostendit nobis  
libri quos cōpositi: sed ad eūs gloriaz accedit  
alioz sanctoz doctoz testimoniū: qui de au  
gustino loquentes ipsum copiosissimum laud  
bus attollunt. Vnde p̄sp̄er in li. de vita cōrē  
platiua inquit Augustinus eps acer erat inge  
mo: suavis eloquio: secularibus litteris perit:  
in ecclesiasticis laboribus studiosus: in quotidi  
anis disputationibus clarus: i omni sua acti  
one compositus: in questionibus soluēdis acru  
tus: in conuincendis hereticis circumspectus: i  
expositioe fidei nostre catholice: in explanan  
dis scripturis canoniciis cantus. Quem i libel  
lis meis pro possibiliatē mea sum secutus. Et  
anselmus in prologo monologio. nihil potui  
inuenire me diriss qđ nō catholicoz. patrum  
et maxime beati augustinī dictis cohērcat. Et  
polictates libro. iij. c. xvii. narrationis auctōrē  
magnum tenet augustinum. Et possidomus au  
gustinus sapientē lumen p̄fugaculum pp̄  
gnaculum veritatis omnes ecclēsie doctores  
tam ingenio qđ scientia vicit. Incomparabili  
ter florens tam virtutum moribus qđ influen  
tia doctrinarum. Hugo in didascalō. lib. iij. et  
Isidorus lib. vi. etibimo. De nostris apud gre  
cos qđ latinos operū suoz numero superavit:  
dennq̄ hieronymus sex milia liboz eius legis  
se fatest: hōz tamen omniū studia augustinus  
ingenio et scientia sua vicit. nam tanta scriptis  
vt diebus ac noctibus non scriberi quisq; va  
leat librios suos: sed nec legere quidem occur  
rat. Et egesippus in p̄logo libri de floribus pa  
radisi. Inter magnos et egregios catholice do  
ctores ecclēsie p̄clararum fuisse et esse augustin  
num quis ignorat: quem cū divina et humana  
eruditioe mirabilem omnes orthodoci in to  
to terrarum orbe venerant: precipue cum apo  
stolice sedis antistites scripta eius sua probabi  
li auctoritate firmantes: tanto maiore studio  
semper ampleri sunt: quanto ampliore solatio  
eis v̄suros se fuisse testantur. Et cassiodorus i  
prologo sup̄ psalteriū. Ad augustinī facundis

sum patria fugi opulentissimā lectionē: quo  
circa memoriū firmitatis meū mare ipsius quo  
rundā palmoꝝ fontibꝝ p̄fusū: diuīa misericor  
dia largiente in riuloso vadōso compēdiosc  
biscuitatis deduri vno codice tot diffusa cōp̄le  
ctens quod ille in decades ḡndecim mirabili  
explicauit. Sed vt quidā de homero ait. Tale  
est de eis sensu aliud subripere quale heret  
ici clana de manu tollere. Est. n. Ifarum omnium  
egregius magister occursus tanqꝫ fons puris  
simus nulla feco pollutus. Sed in integritate  
fidci perseverat: nescit hereticis locū dare: vñ  
de se possint aliqua collectiōne defendere. To  
tus catholicus: torus ortodoxus inuenit: et i ec  
clesia dñi suauissimo nitore resp̄ledēs: supni lu  
minus claritatē radiat. Et baymo in comenta  
rio super secūda ep̄la ad Corinthios: sum brūz  
augustinū: necesse ē ad altiora consenderet: et p  
fundiora scrutari: qui in lucidandia questioni  
bus oēs doctores excellerunt. Et utqꝫ baymo ibi  
dem. Sicut sol in lumine excedit oēs planetas  
ita augustinus omnes excellit in sacris expo  
nendis scripturis. Et volvianus cui angusti  
nus ep̄las scripsit. Legi dei deest quicquid au  
gu. cotigerit ignorare. Et gregor. in ep̄la ad in  
nocentii prefectū africe. Expositiōne sancti  
iob vobis trāsmitti voluntis: vestro studio cō  
gaudentis: sed si delitioso cupitus pabulo sagi  
nari: beati augustinū copatriote vestri opuscul  
la legite: et ad cōparationē illius similaginis no  
strū surfurē nō queratis. Et idem in registro  
legit q̄ brūz augustinus nec cū sorore habita  
re p̄senserit dicēs. Que cū sorore mea sunt soror  
res mec nō sūt. docti ḡ viri cautela magna no  
bis dīc ē iistructio. Et Piero. in li. de duodecī  
doctoribꝫ. Augustinus ep̄ls volans per mo  
tum cacumina: quasi aquila multa celoꝝ spa  
cia terrarūqꝫ situs et aquaz circulū claro smo  
ne. pronunciant. Et idē in ep̄la ad augustinū.  
duobꝫ libellis tuis eruditissimus: et oīs eloquie  
tie splendorē fulgentibꝫ resp̄odere non potuit.  
Ecce quicquid dici potuit: et assūm ingenio et  
de scripturaz bauriri fontibus a te positum ē  
atqꝫ diserratum: sed quiclo reverētiā tuam parū  
per patiaris me tuū laudare ingeniu. Sunt et  
alia tam hieronymi q̄s alioꝝ doctoꝝ testimoni  
a de laudibꝫ augustinus que nos breuitatis  
causa pertrāsimus. Tertio cōmendat augu  
stinus de vite integratate: post cōuerſionē qui  
dē integerrimā vitā atqꝫ sanctissimā durit: nā  
e mediolano discedens assumptis secum nebrū

dio et cuodio et matre ad africā remeabat. S<sub>z</sub>  
cum essent apud hostiā tiberinā: pia mater ei⁹  
defuncta est: post cuius mortē reuersus est au  
gustinus ad agros pprios: vbi cū his qui sibi  
adhærebāt ieiunij et orationibꝫ deo vacabat  
scribebat libros et indoctos docebat. Fama aut  
cūs vbiqꝫ defundebat et in oībus libris suis et  
actibus admirabilis habebat. Refugiebat aut  
ad aliquā ciuitatē accedere que carcerē ep̄o: ne  
ipsū in predicto officio occupari contingeret.  
Eodem tpe apud ypponem erat quidā vir ma  
gnaz opū: qui augustinū misit q̄ si ad eū ac  
cederet et verbum ex ore suo audiret seculo re  
nunciare posset. Qd̄ augustinus vbi cōperit: il  
luc concitus iuit. audiēs aut̄ valerius yppone  
sis ep̄s famā cūs ipsum plurimū renitēt: in  
ecclesia sua presbyterum ordinavit: nonnullis  
quidē lachrymas suas superbē interpretatibꝫ:  
et tanqꝫ cū solanitatis: et dicentibus quia et lo  
cus presbyteri h̄z ipse maiori dignus es: et ap  
propinquaret h̄z ep̄patui. Qui statim monaste  
riū clericoz instituit. Et cepit vivere sum regu  
lam sub sanctis aplis p̄stitutam vbi nullus ali  
quid pprium habebat: sed oēs in cōi vinebat  
De cuius monasterio decem ep̄i fuerunt cle  
sti. Fratribus aut̄ suis quos canonicos regula  
res vocauit regulā tradidit sub qua militat p̄  
dicatores heremitani: seruite: ordo sancte bri  
gide: ordo sancti hieronymi: ordo sancti ioan  
nis ierosolomitani: ordo sancti antonij: ordo  
cruciferoꝝ. Cum vero valerius ep̄us esset gre  
cus: et minus in latina lingua et litteris doctus  
augustinus potestate tribuit: vt cōtra morē ori  
entalis ecclesie coram se in ecclia prediceret: vñ  
cum multi ep̄i cōtradiceret illic de hoc nō cura  
bar: dummodo per eū fieret: quod per se fieri nō  
valebat. Eodem tpe presbyterez fortunati ma  
nicheti et alios hereticos: peccato rebapticatos  
donaristas et manicheos cōuicit: abstulit et fu  
ganuit. Et ep̄it aut̄ brūz valerius formidare ne  
sibi augustinus tolleret et ab alta ciuitate i ep̄z  
petret: nam sibi aliquando ablatus fuisset: nu  
si cum ad locum secretum transire curasset: ita  
vt inueniri minime potuisse. impetravit igit̄  
ab archiepisco cartaginensi: vt ipse cederet:  
et augustinus ypponēs ecclie p̄ficeret i ep̄z. h̄z  
cum hic augustinus omnimode recularet: co  
pulsus tamē succubuit et ep̄atus curā suscepit  
Quod in sc postea fieri nō debuisse. vt ino vi  
uente episcope ordinaret: et dixit et scripsit pp  
concilij vniuersalis p̄hibitionem. Quā post  
x

modū ordinatus didicit: q̄z sancte in ep̄atu se  
habuit videre poteris i legēda, in dieb̄ aut̄ ei⁹  
vāndali totā africe p̄uincia occuparūt; vāstā  
tes oīa: nec parcēt serui ordini v̄l etat̄. Et vt  
pleriq̄ tradidit vāndali poloni esse creduntur a  
flumine vāndalo polonicē dicti. in li. x̄o histō  
ric hispanice scribitur. Q̄ tpe agenſorici regis  
vādaloz facta est ab ipso graui ecclie perfe  
ctio in hispania & africa. nam multos marty  
res fecit: cōfessoribusq̄ linguis abscedit: q̄ vt  
Isidorus narrat abscissis linguis perfecte loq  
banē. & de his sit mentio. C. de offi. prefec. p̄to  
rio africe. cū tandem vāndali ad ypponensem cūi  
tate veniſent: augustinus p̄uocatis fratribus  
dixit. Ecce rogam dñi; vt aut nos ab his per  
culis eruant: aut pacientiam tribuant: aut me de  
bac vita fuscipiat ne tot calamitates videre co  
pellar. Et ecce tertius qđ petiſt obtinuit. Tertio  
nanc̄ obſidionis mense febribus laborans le  
cto decubuit in quo ſeptē psalmos cū lachry  
mis legens: ſumptaꝝ euchariftia: reuerēdiſſi  
me integro aspectu atq; auditu corā posuit: fra  
tribus & orantibus migrauit ad dñm anno eta  
tis ſuc. lxxvi. ep̄atus x̄o ſui. xlvi.

De miraculis & translatione corporis beati  
augustini: de quo fit officium duplex in ecclē  
ſia.

### Lapitulum. iij.

Ertiu mysteriū declarandum de beato  
augustino dicit magnificatio. placuit q  
dem omnipotenti deo hunc sanctū magnifica  
re precipue in tribus.

Primo in miraculoꝝ rutilatione.  
Secundo in corporis translatione.  
Tertio in officij celebratione.

Primo magnificauit eū deus in miraculoꝝ  
rutilatione. Nam in vita & in morte mira  
culis claruit. In li. nā qz. xxij. de ci. dei. dicit de  
ſe nomē ex humilitate non exprimens. Scio  
ep̄m ſenſi pro adolescenti que nō vidu orasse  
illūq; illico demonio caruif. Lū etiam quidā  
infirmitas incidi deberet: & de eiuꝝ morte ob in  
cisionē plurimū timeretur: cū ifirmus cū mul  
tiſ lachrymis dñi exorasset: cū eo & pro eo au  
gustinus orauit: & ſine aliqua inciſione integrā  
sanitatē recepit. hec & alia in vita sua facta le  
gunt. post mortē x̄o cōpertū est illū miracu  
lis plurimis coruſalle. Ex quibus aliqua enar  
abitur. Adolendinarū quidā in beatū ſu  
gustinū ſpecialē deuotionē habens: cum quan  
dam infirmitatē que dī flegma ſalū i tibia pa  
teretur: btm̄ augustinū deuote in ſu adiutori

um inuocabat. Qui per viſū sanctus augusti  
nus appariuit: tibī manu palpans ſtegre re  
ſtituit ſanitati: qui excitatus ſe liberatum inue  
nit: & dco & btm̄ augustinuſ ḡfas reddidit. Qui  
dam puer cū vicio lapidis premeret: & de coſi  
lio medicoꝝ incidi deberet: mater fueri mortis  
ſibi timens pericula btm̄ augustinū denote in  
ſu filii ſubſidiū inuocavit. Statimq; ſuſa ora  
tione vīna cū lap: de emiſiſ & plenā ſanitatem  
recepit. Repofitus cuimſdam ecclie in btm̄  
augustinū multā deuotionē habebat: per tres  
annos graue infirmitatē paſſus fuſſerit: ita ut  
de lecto ſurgere nō valeret aduenientem ſole  
nitatem bti augustinī euz iā in ciuiſ vigilia ad  
veſperas pulſare ad rogañdū ſanctū augu  
ſtinū tora deuotione ſe cotulit. Qui in albiſ ſa  
ctus augustinus apparet dixit. Ecce aſſum to  
tiens ad te vocatus: ſurge cito & celebra mihi  
officium veſpertinū. Qui ſanctus ſurgens cun  
ctis ſtupentibus eccliam intravit: & officium  
deuote peregit. Secundo magnificauit de  
us beatum augustinū in corporis translatioē  
Nam poſtq; gens barbara africaz occuپauit  
ſideles corpus augustinū ceperūt: & iſipsum i ſar  
dinia tranſtulerunt. Tranſactis autē ab eius  
obitu annis ducentis octoginta. Luprandus  
denotus longobardoꝝ rex audiens ſardiniam a  
ſarracenis depopulataꝝ ſolēnes illuc nūcios  
miſit ut doctoris ſancti reliquias papiam de  
ferrent. Qui magno precio dato corp⁹ ſancti au  
gustinū tulerūt: & viſq; iauaz portauerunt. Q̄  
deuotus rex audiens viſq; ad predictā cūitate  
cum magno gaudio eidē obuiuant & reuerēter  
excepit. Cum autem mane vellē corpus illud  
duicere: nūllo modo moueri potuit: donēc rex  
votū emiſit q; ſi ſeinde deduci permitteret: ibi  
de in ſuo noī ecclia ſabricaret: cū aut̄ votū  
fecerit ſtatim ſine difficultate inde deductum  
eſt. Rex aut̄ qđ venuerat implieuit. Et ibide in  
bonoꝝ beati augustinī eccliaz ſabricauit. Idē  
miraculū die ſequenti in quadam villa ep̄atus  
terdonens que dicit caselle p̄igit. Et co mo  
do ibide in honore bti augustinū eccliam ſab  
rauit. Inſuper villa ipſaz cū oībus appedijs  
p̄cſlit ſeruientibus ecclie ſancti augustinū p̄  
petuo poſſidendā. Sicut cū magno gaudio pa  
piā deducitur: & in ecclia ſancti petri que ce  
li aurea dī bonoſifice collocaſ. Tertio ma  
gnificauit deus beatum augustinum in officij  
celebratione. Nam non niſi dco inspirante fa  
ctum eſt ut ecclia ſtatuit ut officiū quattuor

doctoz p̄nicipalium Augustini videlicet hie  
ronymi et ambrosij atq; gregorij solēniter seu  
dupliciter celebzare: sicut p̄z li.vi. de reliquijs  
et veneratione sanctorum. in.c. gloriosus d̄cus  
igitur augustinū doctoz magnū veneremur  
in terris: ut sic p̄ illius merita cū ipso regnare  
possimus in celis. Vbi xpo iesu fruēnur cum  
gaudio q̄ ē benedictus in secula seculoꝝ. Amē

Sermo quinquagesimus sextus de btō hie  
ronymo: qui gloriam ingentem adeptus est, p̄  
pter scientiam penitentiam et patientiam.

## Eatificauit illum

in gloria et circuēnrit illū q̄ona glo  
rie. Scribuntur hec verba Ecclesia  
st. xxxv. c. Nescio qua copia et facultate dicen  
di laudes Hieronymi gloriōsi perorari possint  
qui tum doctrine vberitate: tum eritiae sancti  
tatis merito admirabilem ac venerandū se cū  
etis mortalibus preber. Is nan q̄ est quem ec  
clesia sancta dei p̄eclarissimū veritatis docto  
rem fatetur: cuiusq; scripta roboret p̄fimat at  
q; cōprobat et acceptat: sicut p̄z. xv. di. decretos  
c. sancta romana ecclia. Is est qui in toto  
orbe a cunctis fidelibus summa et singularissi  
ma deuotione colitur: cuius nomē latitudinis  
terre cōplenit. Is deniq; est qui inter angeloz  
choros non mediocri gloria fulget in regno ce  
loꝝ quē d̄cus benedictus stola immortalitatis  
decozauit. Quis igitur audebit de hieronymo  
non nisi balbutiēndo loqui. Verūtamen ut de  
bito satissimac: cū in solemnitate ipsius de co  
verba sacre opus sit: cū omni qua poterimus  
affectione de tiliis gloria tractabimus: de qua  
dicuntur verba p̄posita. In quibus exprimit  
magnitudo glorie hieronymi quā asseditus est  
tam in beata vita etiam in presenti seculo:  
Quare autem hieronymus sit a deo glorioſus  
effectus: Triplice p̄ ratio assignari.

Prima dicit scientie.

Secunda pacientie.

Tertia penitentie.

Qualiter scientia hieronymi fuit a magistris  
et docētibus causata: et q̄ simul cū illa habuit  
scientiam infusaꝝ: et qualiter alios doctores  
superauit in notitia diversoz ydeomatuꝝ et mul  
titudine historiaz et in utili scripture transla  
tione.

Capitula. i.

Rima ratio quare hieronymus glorio  
sus effectus est: et nomen grāde sibi vē

dicant in celo et in terra dicitur scientie: nam  
effulgit in eo scientia rex humanaꝝ et diuinia  
rūz. Et illa verbo et litteris cōmunicauit. binc  
danielis. xii. capi. scribitur. Qui docti fuerint  
fulgebunt quasi splendoꝝ firmamenti: et qui ad  
iustitiam erudiunt multos: quasi stelle in perpe  
tuas eternitates. Verūtamen in hac parte tria  
se ingerunt dubia declaranda.

Dum virz scientia beati hieronymi fuit si eo  
a magistris et docētibus causata.

Scđm virz scia hieronymi fuit acquisita.

Tertiuꝝ virz scia hieronymi fuit excelleſtissima.

Ad priū dubiū respōdere possumus q̄ sc̄i  
entia hieronymi fuit in eo causata a magistris  
et docētibus. Nam ut colligitur ex dicti ciꝝ  
in libro de viris illustribus: cum ipse genitus  
esset patre eusebijo. xxvij. anno imperij magni  
Constantini: in oppido stridonio qd̄ a gothis  
euerſi dalmatice quōdam pannonicę confini  
um fuit cum parentibus in pueritia vemens  
romam: virus insignibus traditur instruēdus  
nam in grāmatica donatū habuit preceptorē:  
in retorica victorinū. Quātū vero in discen  
do laborauerit: ipse asserit in epistola ad occa  
nū: vbi scribit. Num essem iuuenis nimio fer  
uebam amore discendi: nec iurta quorundam  
presumptionem ipse me docui: apollinarē au  
dui anthiochic frequēter et colui. Nam canis  
spargebat caput et magistrum potius decebat  
et dīcupulam: perreti tamen aleandriam. au  
diui didūm in multis ei gratias ago: et qd̄  
nesciēdā didici: et qd̄ sciebam illo docente non  
perdiū: veni rurus hieroselymā et bethleem:  
quo labore: quo p̄recio baraniā nocturnum ba  
buli preceptorē. Tinebat. n. iudeos: et alterū mi  
hi exhibebat nicodemum. Et in epistola ad ru  
slicum monachū inquit. Num essem iuuenis:  
et me solitudinis deserta vallarent incentua  
vittiorum ardore: inq; nature ferre non poterā  
Quam cum crebris ieiunijs frangerem: mens  
tamen cogitationib; estuabat: ad quāz cbdo  
madā cūdam fratri qui ex hebrieis crediderat  
me in disciplinam dedi: et post quintiliani acu  
mina. Eicronisq; fluios grauitatemq; frō  
tonis et levitatem. Olim alphabetum disce  
rem stridentia anhelantiaq; verba medita  
rer: quid ibi laboris sumptus: quid fastigie  
rum difficultatis: quotiēs desperauerim: quo  
tientisq; cessauerim: et contentionē discendi rur  
sus incepērim testis est cōsciētia tam mea: qui  
passus sum q̄z coꝝ qui mecum vitā duxerunt:

z gratias ago dño q de amaro semine littera  
ru dulcedis fructus capio. hec ibi. Pererrat  
etiam cōstantinopolim vbi audiuit gregorii na  
tarenu: vt ipse testat in tertio isiac explanatio  
nū libro. Sed obuiari quis potest q vnu bo  
mo aliū docere nequacat. dicit nāqz dñs mat  
thei. xxiij. c. Nolite vocari rabbi vbi dicit glo.  
Hiero. ne diuinū bonoē hoīibus tributis eē  
ergo magistrū pertinet p̄prie ad diuinū bono  
rem. Sed docere est p̄prium magistri: hō ergo  
nō pōt docere. Sed hoc ē p̄prium del. R̄nact  
tho. i. p. q. cētēsima. xvij. & circa h̄ dīnere fue  
runt opinōes. Auerre is. n. in cōn̄ctō tertij  
de aia posuit vnu intellec̄tū possiblēm eē oīuz  
homīnū. Et ex hoc sequeret q̄ cēdē sp̄s intelli  
gibiles sunt oīum homīnū. Et s̄m h̄ ponit q̄  
vnu boī p̄ doctrinā nō causat aliam scientiāz  
in altero ab ea quam ipse habet: sed cōicat ei  
candem scientiā quam ipse habet p̄ hoc q̄ mo  
uet cū ad ordinandū fantasmatā in aia sua. ad  
hoc q̄ sit disposta conuincientia ad intelligib  
ilem apprehensionē. Que quidē opinō quantū  
ad hoc vera est: q̄ est eadē scientia in discipulo  
z magistro si considereret idētitas s̄m vnitatem  
rei scire. Eadē enī rei veritas est: quā cognoscit  
z discipulus z magister. Sed quantū ad h̄  
q̄ ponit vnu intellec̄tū possiblē omniū homīnū  
z eadē sp̄s intelligibiles dīfērētē soluz  
s̄m diversa fantasmatā: falsa est cīns opinō.  
Alia est opinō platonicoꝝ: qui posuerūt q̄ sci  
entia inest a p̄ncipio q̄i abus n̄ris per partici  
pationē formaz separataꝝ: sicut etiā ponitur  
a. parte. q. lxxvij. sed aia et vnuone corporis i  
pedat ne possit p̄siderare libere ea quoꝝ scientiā  
bz. Et bz hoc discipulus a m̄gistro non acquirit  
scientiā de nouo: sed ab eo exerceat ad p̄sideran  
dū ea quoꝝ scientia habet: vt sic addiscere nil  
alium cū q̄ quodāmodo remittat. Sz hoc fal  
sum ē q̄ intellec̄tū possiblē anime būane est  
in p̄ficiētē pura ad intelligibilia. vt dicit Ari  
sto. in tertio dc aia. Et ideo aliter diceudū ē. &  
docens causat scientiā in discipulo reducendo  
ipsū de p̄tētia in actū: sicut dī. viii. phisicoꝝ.  
Ad cuiꝝ evidētia p̄siderandū ē: q̄ effectū qui  
sunt ab exteriori p̄ncipio: alijs est ab exteriori  
p̄ncipio tm̄: sicut forma domus causat i ma  
teria solū ab arte. Aliquis aut̄ est effectus: qn̄  
q̄ quidē ab exteriori p̄ncipio: quādoꝝ aut̄z  
ab interiori: sicut sanitas causatur in infirmitate:  
qn̄q̄ quidē ab exteriori p̄ncipio. s. ab arte me  
dicina: qn̄q̄ aut̄em ab interiori p̄ncipio. cum

aliquis sanat virtute nature. Et in talibus esse  
cribus duo sunt attendenda. Primo quidē q̄  
ars imitat naturam in sua operatione. Sicut  
enī natura sanat infirmū alterando: digerendo:  
z expellendo materia m̄ que causat morbus. ita  
z ars. Secundo attendendū est: q̄ principium  
exterius. s. ars nō operaꝝ sicut principale agēs  
sed sicut coadiuvans principale agens: quod ē  
principium interius: confortando ipsū z mini  
strando ei instrumenta z auxilia quibus vtaꝝ  
ad producendum. Sicut medicus p̄sortat na  
turam z adhibet ei cibos z medicinas quibus  
natura vtratur ad finē intentum. Scientia aut̄  
acquirit in homine: z ab interiori p̄n. vt pat̄z  
in eo qui per invenientem propriā sciētia acq  
rit. Et a p̄n. exteriori: vt p̄z in eo qui addiscit.  
Inest enī vnicuiꝝ homini quoddā p̄ncip  
piū scientie. s. lumen intellec̄tū agētis p̄ q̄ co  
gnoscētē statim a p̄ncipio naturaliter quedā  
vnuersalia p̄ncipia omnīi scientiāz. & u  
tem aliquis huīusmodi vnuersalia p̄ncipia  
applicat ad aliqua particularia: quoꝝ memor  
iam z experimentū per sensūm accipit: per inven  
tioneē propriaꝝ acquirit scientiā coꝝ que nescie  
bat ex notis ad ignota p̄cedens. Vnde z qui  
liber docens ex his que discipulus nouit: ducit  
eū in cognitionē coꝝ que ignorabat. Sz q̄  
dicit in primo posteroꝝ: q̄ oīs doctrina z oīs  
disciplina ex persistenti fit cognitionē. Dicit au  
tē magister discipulū ex p̄cognitō i cognitionēz  
ignotoꝝ dupliciti. Primo quidē p̄ponēdo ei ali  
qua auxilia vel instrumenta quibus intellec̄tū cī  
vtaꝝ ad scientiā acquirendā. puta cū p̄ponit ei  
alias p̄positiones minus vnuersalē: quas tū  
ex p̄cognitō discipulus diuidicarē pōt: vel  
cū p̄ponit ei aliqua sensibilitā exēpla vel simi  
lia vel opposita vel aliqua huīusmodi ex quibus  
intellec̄tū addiscens manuducit ad cogniti  
rent: et modico pane qui ibi reperiebatur insciperent comedionem. Ipsi vero ad orationem accessit. Quid plura? Edentibus illis famelicis et ieiunia: panis ille modicus sufficeret oib⁹ abū danter. Tant⁹q; etiā supfuit: ut ex illo plures elemosyne pauperibus largirent. Num cēt in ciuitate senax: audiens quendam dñz mattheum rectorem hospitalis misericordie sibi deuotissimum et morbo pestilenti grauiter egrorare: accessit ad eum dixitq; cum magno feruore. Surgatis dñe matthee surgatis: qd non est tempus in lecto quiescēdi: mor ad eius vocem febris et inguinis apostema prefatū penit⁹ dīmisserit: Sanavit et multos alios peste peccatos sua oratione fidelis. Sicut fuerūt magister raymundus et magister bartholomaeus catherine confessores. Et ne singula cōplectamur: ita de ipsa loquitur P̄ius. Ad agnū et sanctū erat in pleibus catherine nomen: vndiq; ad cā egroti et maligni verati spiritibus deducebanſ. Et multi curabant lagoribus et febribus. In rpi noī imperabat et demones cogebat ab obſeſſia abire corporib⁹. Propter quas res duob⁹ romanis pontificibus Gregorio vndecimo et Vibano certo accepitilium fuit adeo ut legationibus eoz fungeretur: multisq; et magnis spiritualibus gratiis ab eis donareb⁹. Hec ibi. Vbi adhuc interserit quedā que nō nisi virtute dei cooperante per catherine fieri potuissent. Ait. n. Dissidentes sumo studio cōponere: multa extinxit odia: et mortales inimicitias: pacem florentarioꝝ qui cum ecclēsia dissidebat et iterdicto suppositi crāt ecclesiastico. Appenni nū et alpes transire atq; vſq; in auiuōem ad Gregorum vndecimū pficiſci nō dubitauit cū votū ſuū ipſe gregor, de petēda r̄be romā i occulto factū: et ſeli ſibi ac deo notum fese di uinitus cognouisse mōstrauit. C Serra gratia qua deus catherinem sublimauit: dicis fecit reuelatio. E n. in r̄be romana ipsa post multa signoꝝ experimenta exhortatiōes ſpūales alia qz exercita religioſa morietū dñica die circa horā terciā dic. xviii. ap̄lis. Ad. ccc. lxx. magister ad patrē. Eadem die magister raymūdus ultimus eius cōfessor i pucutū Januensi erat dispositione prias deinde bononiā ad capitulo generale pgere: deprecabatq; rpi matrem coram quadā imagine ut cū pregeret a piculis ador quandā voceſ audiuīt dicente ſibi. Ne tunc eas: qd ego ſum hic pro te: ego ſum in celo p te. Ego te ptegaſ ſis ſecurus. Et hēſitans p

tunc vnde vor p̄diret: tandem innenit qualiter eadem hora catherine migrauerat: puenit tandem prefatus magister bononiā vbi magiſter generalis canonice fuit electus: quod iā ſibi catherine indubitanter p̄dicrāt: ut autem ſequitur P̄ius i bullā. Tactu corporis eius p̄ illius felicē tranſiūt pleriq; egrōti ſalutem cōſecuti ſunt adeo ut non nullis ſaluti fuerit: ca terigisse que ſacrata catherine membrā tetigere Postea vero virgo ipsa iam celo recepta vota ſupplicium benignè audiuit: et ut a ſponsō et domino ſuo r̄po ſaluatorē exandrentur curauit. Adulti enim ex diversis egritudinibus curati ſunt: qui audit a beate catherine gloriosissima fama eius patrocinium ſupplices petuere. bcc ille. Placuit itaq; benignissimo deo ſponse ſuc gloriam innumeris ut ſic dicā vñq; in preſentem diē miraculū manifestarc. C Se prima catherine gratia et prerogatiua ſingulařis est dicta ſolēnia canoniciatio. Rome ſiquidem in baſilica beati apostolorum p̄incepiis aſtate populo et clero habitoꝝ ſermōe ab ipſo pio p̄ofifice de vita et miraculis eius miſerari ſolēnijs celebraz et consuetis cerimonijs rite peractis ad canonizationem sancte p̄ceſſit: ſub his verbis. Ad honorem omnipotētis et eterni dei patris et filii et ſpiritus sancti: ad exaltationem ſidei catholicę et christiane religionis augmentaz: auctoritatē domini nostri iefi rpi et beato: unū petri et pauli apostolorum eius ac noſtra: Catharinae ſenēſez illuſtris et indelibilis memorie virginicē: cuius corpus in ecclēſia predicatorum que de minervia dicib⁹ rome iacet in celesti hierusalem inter beatorum virginum chochos: quando id ſua virtus diuina luſfragante gratia meruit: iam pridem fulleſ ſeceptam: et eternae glorie corona donata de fratrib⁹ noſtrorum cōſilio declaramus cāq; tanq; ſanctam publice priuatimq; colēdaz eſſe decernimus et diffinimus: atq; in ſanctaz cathalago virginuz: quas romana veneratur ecclēſia redigi et aſcribi mandamus. Statuentes festum eius ſingulis annis: prima mensis madij dominica die ab uniuersali ecclēſia celebrandum eſſe. Sicq; deus in ſanctis ſuis admirabilis catherineam in vñraq; ecclēſia triūphāte. ſ. ac militante ſublimiter exaltauit. Quā de preceſſum: ut illius meritis interuenientibus dignetur et nos aſcribere beate vite. Qui fit benedictus in ſecula ſeculaꝝ Amen.

Finis.

Sermo de sancto bernardino predicatoru[m] nostri temporis principe.

## Plectus deo etho

minibus cuius memoria in benedictione est. Sapientis verba sunt ista originaliter Ecclesiasti ci. xlvi. ca. Et in epistola bodiern festiuitatis. Vellem hoc tempore tanto eloquentie splendore fulgere ut non solum alterum demonstrem principem oratorum grecie: aut Ciceronem latinum me putaret omnes astantes: sed angelum crederent de celo missum ut fari possem extimas laudes illius sancti bernardini qui sua predicatione nomine gloriosum iesu Christi mirabiliter exaltavit. Ipse quippe alter paulus et vas electionis christianam religionem sua doctrina reformatum. Ipse italie populos per abrupta vitorum deviantes ad semitam virtutum et iusticie redixit. Ipse denique religionem sacram minorum numero et sanctitate adaurit. Merito itaque in eius solennitate preconia predicationis eius enarrare debemus. Ob illam namque deo et hominibus dilectus est et memoria eius benedicta in sempiternu manebit. De qua in presenti sermone tres excellentes proponimus declarandas.

Prima de commendationis.

Secunda conditionis.

Tertia honorationis.

Et commendatur predicatione sancti bernardini propter humilitatem: charitatem: et patientiam.

### Capitulum. i.

Rima excellentia predicationis sancti bernardini ut de commendationis. Sua quippe predicatione satis est commendanda. Et maxime propter tria.

Primum propter humilitatem.

Secundo propter charitatem.

Tertio propter patientiam.

Primum commendatur predicatione sancti bernardini propter humilitatem. Non enim predicate presumptuose aut superbe se ingeres sed missus. Officium namque predicatorum officium est angelorum: quia sicut angeli annuntiati divina: ita et predicatorum de quibus David in ps. ait. Annuncauerunt opera dei. Angeli autem non ex te se veniunt sed ut dicit apostolus ad Hebreos. ii. ca. In ministerio missi sunt. Sic et predicatorum. Quomodo predicabut ait apostolus ad Romanos. x. Nisi mit-

tantur. Et autem Isaia non vocatus se obtulit ad predicandum cum dixit. Ecce ego: mitte me. Isaie. vi. ca. Et contra cum Jeremias mitteretur deo se excusauit dicens. Ad a deum deus: Ecce nescio loqui. Jeremie. i. ca. Et si diversa vox extra prodij: non tamen a diverso fonte dilectionis emanavit. Duo quippe sunt precepta charitatis ut ait Gregorius. Amor scilicet dei et proximi. Per actionem vitam pro des proximis cupiens Isaiam officium predicationis appetit. Per contemplationem vero Jeremias sedule amori conditoris inherere desiderans ne mitti ad predicandum debeat contradicere. Quod laudabiliter unus appetit: sed laudabiliter alter expavit. Iste ne tacite contemplationis lucrum loquendo perderet. Ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in utrisque est subtiliter intuendum quia et is qui recusat plene non resistit: et is qui mitti voluit ante se per altaris calcum purgatum videt. Et paulo supra Gregorius dicit. Sicut totu[m] desiderio occupationem fugere debemus: ita si desit qui predictet occupationis onus libenti necesse est animo subire. Hec omnia. viii. q. i. ca. In scripturis. Et quia difficile est et carum videre se purgatum. Quia nemo scit virudio vel amore dignus sit ut dicitur Ecclesiastes. ix. ca. Ideo nullus debet presumere ex se ire ad predicandum. Sed expectare debet ut mittatur vel a deo vel ab ecclesia. Vnde de Ioanne baptista dicitur Joannis. i. ca. Fuit homo missus a deo. Non tamen creditur alicui dicenti se missum a deo qui ab ecclesia non est missus nisi probet per miraculum sicut Moyse: extra de hereticis. ca. Cum et insinuato. Et argumentum de con. vi. ii. ca. Remera. Sic fuit missus Equicinus cui apparuit in somnis angelus et eum ad predicandum misit. xvi. q. i. f. Hoc idem. Ab ecclesia autem mittitur quis vel ordinarie ut quilibet curatus saltem quo ad subditos. Ad rectores enim ecclesie marie pertinet predicare per se vel per alium subditum suis. Vnde primis rectoribus dicitur ch. istud ad Arcuultimo ca. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omnici creature. Et Gregorius dicit in pastorali. xlvi. vi. ca. Si recto. Officium predicationis suscipit quisque ad sacerdotum accedit ut ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur ipse scilicet clamando gradiatetur id est predicando. Et loquitur Gregorius de curatis. Qui etiam figuram

A 1



inducit. Exadi. xxviiij.ca. vbi dicitur. q̄ sacerdos ingrediens tabernaculum tintinnabulis ambiatur vt audiatur sonitus quando ingreditur et non morietur. Quia vt exponit Gregorius dico ca. Sic rector. Nam contra se occulti iudicis erigit si sine predicationis sonitu incedit. Et sic moritur spiritualiter. Unde dominus Ezechiel prophete. xviii. ca. fili hominis speculatorum dedi te domui israel. Si dicente me ad impium morte morieris tu non annunciareris ipse in iniurie tua morieris. Sanguinem vero eius de manu tua requiram. Confirmat idem Nicholaus papa. xlviij. vi. Dispensatio inquit celestis seminis nobis inuicta est: vbe si non sparserimus: vbe si tacuerimus. Vel ab ecclesia mittitur quis ad predictandum ex priuilegio vi predictores et minores. Augustinum carmelite: et seruite saltez in ecclesiis suis. In alijs ecclesijs non nisi votati. Et hi etiam debent mitti a prelatis suis. De quibus sit mentio in clementina dudum de sepulturis. Qui autem vocatus seu missus ad hoc pertinaciter recusat: ab ecclesia et deo contemnitur. Quod figuratum fuit in eo qui molebat ducere vrorem fratris mortui: et propterea discalciabat eum pede vt exponit Augustinus. viii. q. i. ca. Olim. Nunc inquit eva gelii quisq; predictor ita debet in ecclesia predicare sine labore et defuncto fratri id est christo suscitare sanctum qui pro nobis moriuitus est. Et quod suscitatum fuerit eius nomen recipiat. Ut igitur ad sanctum bernardinum conuertamus sermonem. Ipse sicut experientia facti manifestauit a deo electus et a predictis ordinis per obedientiam astrietus officiis predicandi suscepit. Matus enim in civitate massa provincie thuscie ex honestissimis parentibus patre videlicet tollo et matre niera nobilis senensis ante completum septuennium viroq; parente orbatu remansit sub cura et regimine cuiusdam venerabilis domine sororis matris eius cui nomine erat diana: que puerulum induxit ad virginis gloriosae precipuam devotionem. Et operam dedit ut litteris vacaret ac moribus bonis. Et rur autem de virtute in virtutem honestus affabilis et pauperibus liberalissimus. tantoq; fuit in eo aptitudo ingenij et subtilitas intellectus q; ante completu annu quintuaginta in grammatica logica et moralis phisie satis mediocriter fuit instruatus. Indeq; cepit lectionem iuris canonici fr

quentare. Eratq; vita eius ita munda vt omnes alij cederet in exemplum. Nam vt retulit mibi quidam vir fidelis cancellaria dominum scenam nomine leonardum qui consocius eius fuerat in scholis in etate illa adolescentie ad malum prona. Nullus audebat coram bernardino vel hunc turpe aut laetium profere. Quirinimo si quandoq; alij adolescentes t scholares absente bernardino aliqua inter se verba ociosa reserret si vidissent ex post bernardinum aduinciret mor alter alteri loquebar. Taccamus inquit quia bernardini venit. Quid plura. Anno etatis sue decimo octavo. Num p̄ festis truculentissima seuereret quasi in tota italia. In hospitali magno senesi iacebat multitudo egrotantium ex peste et vit erat qui illis ministraret. Nam et famuli omnes p̄ maiori parte et aromatarum et illo hospitali comorantes et capellani atq; alij plurimi peste percussi obierant. Erat illa temporibus recto hospitalis quidam vir devotus et probus dominus ioannes de genaribus qui vivens sibi humanum deesse auxilium ad virginem piissimam se connectit: illam deprecans ut tam extreme infirmorum necessitatibus succurseret. O felix adolescentia bernardinis. O ardentes charitas cordis eius. O pictas omnibus posteris predictada. Ador vi bernardinus audivit que de insu mis patientibus dicebantur moniti q̄ plures iuuenes et una cum illis ad hospitale se cotulit. Nec timuit mori. Nec horruit pestem. Neq; labores refugit. Adansit ibi quattuor: mensibus die noctuq; ministras egrotis ppter deum. Exinde cum pestis cessasset repetit domum et quatuor mensibus egrotas quasi sp in lectulo facit. Accepta vero bona valitudine lensit q; qdā dñi bartolomea soror patris eius ceca et surda et in lectulo valitudinaria nemine habebat qui illam iuveret. Ador ad illā se contulit eisq; p̄ plures menscs usq; ad mortem obsequiosissime ministrauit nulla tractus nausea nulloq; labore turbatus. Mortua illa a deo inspiratus relieto seculo et oibns suis bonis paupibus ero et aris bitum religiosis minor devotus accepit in die nativitatis virginis gloriose q; est die namus fucrat ex vetero matre. Anno etatis sue. x. an altare maius sc̄i francisci de senis. Que habitu sibi dedit frater joannes ristorum vir sc̄i et in dei servitio probatus. Inde ad locum de columbaria de voluntate prelatorum se contulit ubi in

omni deuotione & perfectione ac obseruantia  
regule suū nouiciatum compleuit. Facta ḥo. p.  
missione in die scilicet nativitatis virginis ora-  
tioni & studio litterarum se dedit. Et cum fa-  
ctus esset sacerdos primā missam in die na-  
tivitatis virginis celebravit. Quia etiā die mā  
dato accepto a generali ministro de peniten-  
tia predicanda: primum sermonem ad populuꝝ  
babuit. ¶ Secundo cōmendatur predicatio  
sancti bernardini propter charitatem. Predi-  
cauit enim ad honorem dei & saluteꝝ animaꝝ  
Iste enim debet esse finis predicatoruꝝ verbi  
dei. Nam qui propter cupiditatem predican-  
tel vanitatem & gloriam mundi figurantur  
per balaam. De quibus dicit Petrus in. iij. epi-  
stola. Secuti sunt viam balaam ex bosor qui  
mercedem iniquitatis amauit: correptionem  
ho habuīs sue yesanie: subiugale mutum. Su-  
per quibus verbis dicit Bedda. iij. q. vii. ca. se-  
cūti. ¶ multi catholicorum intantum amant  
mercedem iniquitatis vt etiā docti ab indo-  
ctis: clerici a laicis merito redarguntur. Qui  
iure comparantur proprieꝝ qui verbis afse  
contra naturam loquentis corripitur: nec ta-  
men a proposito primi operis retardatur. hec  
ille. Quanuto tamen predicatores nō debeat  
predicare principaliꝝ propter temporalia ba-  
benda. Alias tanqꝫ venditores boum de tem-  
plo ej̄ ciuntur. Debet tamen populus submi-  
nistriare eis necessaria iuxta illud. j. ad Lorin-  
ix. ca. Non alligabis os bouis triturantis. vñ  
Hieronymus. xv. q. i. ca. penultimo ait. A po-  
stolicis viris & euangelicis tib⁹ in necessariis  
vſibus nolle tribuere seipſuꝝ condemnare est.  
Et Augustinus in libro de baptismo paruolo-  
rum. Non est veniale euangelium vt pro tem-  
poralibus predicetur. Qui enim sic vendunt  
magña rem vili vendunt. Accipiant ergo pre-  
dicatores sustentationem necessitatis a popu-  
lo: mercedem dispensationis a deo. Non enim  
a populo redditur quasi merces illis qui sibi  
in charitate euangeliū seruunt: sed tanqꝫ sti-  
pendii datur quo vt possunt laborare pascant  
Hec ille. Et Paulus. j. ad Lorinthios. ix. ca.  
Quis militat suis stipendijs vnqꝫ. Et iteruꝝ  
Si nos vobis spūalia seminamus non ma-  
gnū est si nos carnalia vſa metamus. Et iteꝝ  
Dūs ordinavit his qui euangeliū annūciant  
de euangelo vſuere. Dīri hec oia pp indiscre-  
tionē quo undā populoꝝ qui vellent predica-  
tores vſuere de aere vel vento. Nolo tñ esca-

sare predicatores cupidos & auaros ambitio-  
ſos honorum & dignitatum. Qui inuitari de-  
bent sancti bernardini rerum temporalium  
contemptorem. Nam & ter vocatus ad episco-  
palem dignitatē minime acqueauit. Dīuitias  
non congregauit dicens cum paulo Actuum  
xx. ca. Argentum aut aurum aut vestem nulliꝫ  
vestram concipiui. Et Iꝫ in oī vita sua verus  
fuerit paupertatis amator discipulusqꝫ & fili  
us beati francisci. Tamen illud est de ipso no-  
tabile inter cetera quod mediolani ostēdit ex-  
emplum charitatis necnon & contemptus pe-  
conie. Nam enim ibi populo diebus plurim⁹  
predicasset: illustrissimus dux eiusdem vrbis  
philippus eidem per fidelem nuncium multa  
auri copiam in elemosynam misit. Muncius  
itaqꝫ auri pondere reverenter assumptus ad cō-  
uentum fratrum festinanter accessit. Et per-  
gens ad cellam sancti bernardini aurum sibi  
ex parte domini ducis benigne & reverentissi-  
me presentauit. Ipse ho vir dei bilari vultu  
gratulantiꝝ animo predictum aureum mu-  
nus & si in proprios vſus accipere recusaret:  
charitatis tamen celo in redemptionem capti  
uorum & pauperum vſus misericorditer exhibe-  
bere decreuit. Accersito igitur quodas probo  
venerandoꝝ cuius socioꝝ vocato sumptuꝫ  
ab ipso ciue pecunia ad carcera clam & incun-  
ctanter accessit & cōplurimos inde captiuos re-  
demit reliquiasqꝫ pecunia pauperibus cū magna  
animi bilaritate distribuit. Sciens autem illu-  
strissimus ille dux que facta fuerat sanctū ber-  
nardinum mirabiliter cōmendauit. ¶ Tertio  
cōmendaꝝ predicatio sancti bernardini propter  
patientiam. fuit enim patientissimus in labo-  
ribus in infirmitatibus & in persecutionibus  
¶ Et vt de persecutionibus loquar: accusatus  
fuit tanqꝫ hereticus ab emulis qbusdam mar-  
tino quinto. Qui eum ad se venire precepit.  
Ante ho q̄ se contulisset ad vrbem sonabant  
vndiqꝫ falsi rumores de sancto bernardino.  
Dicabant enim populi: veniet veniet ille here-  
ticus. Alij cōburetur ille hereticus & signilia.  
Nam ho vrbem intravit ostendebatur digni-  
to & vnuſ alteri cachinando dicebat: hic hic ē  
ille. Ipse ho hec oia pro dei amore equanimi-  
ter tolerabat. Et tandem veritate inspecta &  
comperito clarissime q̄ non solū catholicus fo-  
ret sed etiā fidelis catholice dignissim⁹ preceo a  
pontifice gratiōe vſus est & auditus & cū ei⁹  
benedictione predicare cepit in vrbē. Tantam

**X**o gratia; deus ori eius et verbis infudit: ut  
omnis populus confluere ad eum audiendū  
ac si fuisset angelus dei et quāto pius nomen  
eius videbatur omnibus odiosum: tanto post  
ea cūctio virtutisq; sexus factum est venerabile  
Predicanit sic multo tempore cum incredibi-  
li animarum fructu: qui etiam perdurat usq;  
ad tempora nostra. Passus est et alias persecu-  
tiones: eo q; semper virtutes persequitur in-  
uidia. A nonnullis emulia dicebatur littera-  
rum ignarus cu; tamen in scripturis diuinis  
foret crudelissimus. Alij xo quadraginta ser-  
mones duntarant cum scire asseuerabat. Ple-  
riq; xo curiosi et vana eloquētia tumidi igna-  
uum ineptum et impolitum fatebantur. Qui  
tamen in hoc dicendi genere et in his que pre-  
dicari debent pro salute populorum irreprehe-  
sibilis erat. Sed hoc non videri debet mirum  
q; sibi homines flagitosi detraherent: cu; sem-  
per fuerit hominum malorum consuetudo sa-  
nam doctrinā spernere et detestari. Unde La-  
crantius libro. v. diuinarum institutionum de  
cypriano sic refert. Omnis precipuus et clarus  
exitus cyprianus: qui magnam sibi gloriam ex  
artis oratorie p̄fessione quesierat et admouduz  
multa conscripsit in suo genere murāda. Erat  
enim ingenio facilis copioso suavi et que sermo-  
nis maxima est virtus aperto: vt discernere ne  
queas utrum ne oratione in loquendo an faci-  
lio; in explicando an potentior; in persuaden-  
do quisq; fuerit. hic tamen placere ultra ver-  
ba sacramentum ignorantibus non potest: quo-  
niam mystica sunt que locutus est et ad id pre-  
parata vt a solis fidelibus andiantur. Deniq;  
a doctis huius seculi quibus forte scripta eius  
innotuerunt derideri solet. Audiui ego quen-  
dam hominem disertum sane qui eu; immu-  
tata una litera copriani vocaret quasi qui  
elegans ingenium et melioribus rebus aptum  
ad aniles fabulas contrulisset. Hec ille. De be-  
ato hieronymo quid refarem⁹ qui lumen spē  
didissimum ecclesie fuit: et tamen dentes mali-  
gnorum non evasit. Et vi ipse ad nepotianum  
scribit. Per infamiam et bonam famam cibis  
miles graditur. Nec laude extollitur: nec  
vituperatione frangitur. Per diem sol non  
vult cum neq; luna per noctem. Impulsus ista  
sanctus bernardinus: qui dum falso sibi mul-  
ta obijerentur: et quandoq; contumeliose di-  
cerentur in faciem: nunq; vultus hilaritatem  
mutavit: nunq; verbum protulit iracundie.

Sed in omnibus benedicebat deus. Sicut ac-  
cepti ab his qui secum familiariter conversa-  
ti sunt.

**C**on sufficientia et prudentia atq; stupenda  
efficacia predicationis sancti bernardini.

Capitulum.ii.

**E**cunda excellentia predicationis sancti  
bernardini dicitur conditionis. Habuit  
quidem sua predicatione tres singulares condi-  
tiones.

**P**rima q; sufficientia.

**S**ecunda prudentia.

**T**ertia efficacia.

**P**rima conditio fuit sufficientia. Tria enī  
requiruntur in predicante: ut populum indu-  
cat ad bene beatissimū vivendum: sicut Augusti-  
nus. libro de doctrina christiana. Primum est vt  
doceat. Secundū vt delectet. Tertium vt flectat  
et moueat. Et cum quis ista facit industria ar-  
tis rhetorice ad honorem dei et salutē anima-  
rum bene est et laudabile sicut eundem Augu-  
stinum. Sed cum spiritus sanctus utitur lingua  
predicatoris ut instrumento ad ista effici-  
endū: sicut fuit in apostolis qui imperiti erat.  
Tunc opus illud est gratia gratis data: que di-  
citur gratia sermonis et lingua angelorum. Et  
sermo sapientie dicitur in locutione de diuinis.  
Sermoni scientie de humanis: vt de mori-  
bus et virtutib⁹ et mōdi. sicut Tho. xxiiij.  
q. clxxiiij. Perfectius autem ista operatur gra-  
tia q; natura vel ars. Sed aliquando aptitu-  
dine naturali in predicatori existente et arte  
rhetorice adiuncta: aliquando etiam spiritus  
sanctus operatur plenius istud scilicet indu-  
ctionem auditorum ad faciendum que predi-  
cat. Dominis ergo est se preparare scilicet vt  
bene dicat. Deum autem dirigere linguā. Et  
vt dicit Augustinus in prefato libro de doctri-  
na christiana. Sapientia sine eloquentia parū  
profuit quod ad populos. Eloquentia sine sapi-  
entia multum nocuit. Est enim vt gladius in  
manu furiosi. Sapientia cum eloquentia mul-  
tum inuitat et operatur. Sanctus bernardinus  
predicando docebat: quia ipse vere doctus erat  
vt etiam patet in sermonibus quos compila-  
vit. Delectabat etiam auditores: adeo ut uni-  
versaliter omnes verbis suis renocillarentur  
tanq; si sumerent sapidissimum cibum. Flecte-  
bat insuper et mouebat hominum affectus: vt  
ostendens in tertia conditione. Quare ipse  
sufficientissime docuit et predicanit. **C** Secunda

conditio predicationis sancti bernardini dici  
tur prudentia. Fuit enim prudenterissimus ad  
evidendum omnia illa: a quibus predicatores  
verbi divini debent abstinere: que sunt.

Falsitas.

Adulatio.

Jactantia.

Scandalum.

Contentio:

Superfluitas.

Leuitas.

Indiscretio.

**C**ontra abstinere dicitur predicatores a falsitate. Non enim sunt assumenda aliqua falsa pro quaenam utilitate que posset inde sequi; quia sic veritas fidei redderetur suspecta, argumentum di. ix. ca. Si ad scripturas. Ideo Augustinus ait. xxii. q. ii. ca. Primum. Ad salutem non debet quis peruenire opitulante mendacio. Et idem pertractans illud apostoli. j. ad Corinthios. xv. ca. Inuenimur falsi testes. Perhorrendum est inquit aliquid false de deo dicere; etiam si ad laudem eius pertinere videatur. Non enim minore sed maiore fortassis scelere in voto laudatur falsitas: q̄d virtus peretur veritas. Et idem in libro de medacio. Mendacium perniciosum est quod fit in his qui ad religionem christianam pertinent. Ideo doctores tenent q̄ si quis non ex lapsu lingue sed ex industria dicaret mendacium in predicando mortaliter peccaret nec excusatatur si hoc faceret causa conuertendi animas ad deum; quia vt ait apostolus. Deus non eget nostro mendacio. Tempore meo inuenti sunt aliqui singentes et predicantes miracula falsa: visiones excoxitatae. Prophetias veterinas fati suum sensum: et alia huiusmodi qui tamen evanuerunt in cogitationibus suis. Nonnulli vero vt ignorantibus sapientes apparcent falsas allegationes ad suum propositum induxerunt. Vnde dum quidam amicus meus predicaret neapoli inducere voluit ad robur et confirmationem cuiusdam sui dicti sententiam commentatoris qui tamen forte nec in aliquo cōmento dictum illud tāgebat: et dum falso allegasset commentatorem. j. de anima. iii. de anima. iiij. phisicorum. iij. metaphysice et huiusmodi. Tandem multiplicando verba virit. Et hoc idem confirmat commentator. i. ethicorum. vii. ethicorum. viii. ethicorum. qui tamen de ethicis non se intromisit. Ille idem fecerat sibi quā-

dam catenam doctorum et falso illos inducet dicens. Et hoc refert Augustinus libro. iiij. de ciuitate dei. i. iii. de trinitate. et in Enchiridion et huiusmodi. Ita q̄ apud imperitos viribus homo mirabilis: sed apud doctos ignarus et mendacij plenus. **S**ecundo predicatores abstinere debet ab adulatio ne scilicet laudet populum in quibus reprehensibilis est quod est pessimum. Deletiam de temporalibus magnificientijs nisi forte hoc secundum fiat temperate ut melius ferant correctionem duram immediate sequendam. Adulari enim peccatorib⁹ est graue peccatum: ut patet. xlvi. vi. ca. Sunt nonnulli. Et clericus adulatio seruens degradari debet: eadem vi. ca. Clericus. Et nihil est miseriū eo qui adulatioib⁹ delectatur: ut vicitur. lxxviii. vi. ca. Nihil illo pastor. Et vilius est peccantem severe corrige re q̄d adulando palpare. v. q. v. ca. Non omnis. Et vilius est et melius pro veritate pati supplicium: q̄d pro adulatio beneficium. xi. q. ii. ca. Nemo. Et adulatio prohibetur. C. Si quis aliquem testari prohibuerit. Et est adulatio sermo prolatus ut placeat. **T**ertio dicitur predicatores cauere a jactantia. Sunt enim quidam qui semper de se bene dicunt et alios contemnunt: de quibus Gregorius ait. xlvi. vi. ca. i. Habet hoc proprium doctrina arrogantium ut nesciant humiliiter docere quod sciunt. **Q**uarto dicitur predicatores cauere a scandalis prelatorum et aliorum maiorum ut non dicantur irrationaliter eorum virtutia. vnde sequitur q̄ nec illi emendantur nec populi propter edificant aut meliores fiunt. Et precipue caute agendum cum loquuntur predicatores vel clericis: quia ut scribitur extra de immunitate ecclesiarum. ca. Clericis. Clericis laicos infestos oppido id est valde. sum glosam tradit antiquitas. Idem. ii. q. vii. ca. Laicos. x. ca. Laici. **Q**uinto dicitur predicatores prudenter a contentionebus cum aliis predicatorib⁹. vnde apostolus. j. ad Thymotheum. iij. ca. ait. Noli contendere verbis: ad nil enim vtile est nisi ad subversionem audientium. Nec ex hoc q̄ alius habeat maiorem concursum qui sit et minus sciens predicatoris indignationem ostendat. Nam et christus indignatus non fuit q̄ aliquando iohannes baptista furcit in maiori opinione populi q̄d ipse. Si autem audit alii predicatorum dicere aliqua que non sunt reprobara nec contra fidem vel bonos mores sed

Dubia: quoniam ipse non sit illius opiniois sufficit  
sibi dicere opinionem suam cum sua rationib⁹  
et non impugnet alium odiosum: quia hoc est in-  
trare contentiones et scandalum populos.  
Si etiam audit predicatorem alium dicens con-  
tra fidem et bonos mores vel determinata per  
ecclesias non credat faciliter nisi audiat a fide  
dignis. Et tunc corrigat cum fraternaliter ut  
retractet. Quod si ille noluerit facere tunc pu-  
blicē predicandum contra ipsum. Si autem  
predicator ipse admotus errauit debet pa-  
tienter audire et se corriger dictaque sua erro-  
nea emendare. **S**exto predicatorum prudentes  
debent abstinere a superfluitate et nimia pro-  
litteritate: quia ut proverbio dicitur. Haudent  
brevitate moderni. ff. qd̄ me⁹ causa. l. i. **E**t. C.  
de appellationibus. l. Ampliorum. **S** in refu-  
tatoriis. Et. C. de precibus imperatorū offeren-  
dis. l. Simili. vnde Gregorius in omelia ait.  
Alimenta que minus sufficiunt auditi sumuntur.  
**S**eptimo abstinere dnt predicatorum  
a levitate ne dicant verba ociola et fabulas ad  
prouocandum risum. Et si aliquando opus est  
facere populum attentum cuz aliqua modesta  
facecia temperate fiat et raro. Non sit etiam le-  
uis predicator ad ferendam sententiam de quo-  
libet actu quod sit peccatum mortale. Et in omni-  
bus vratur gravitate sicut bos lapsus qui for-  
tier figit pedes. **O** crauo abstinere dnt pre-  
dicatores ab indiscretione. Nam quidā inter  
mulierculas de subtilitatibus theologie predi-  
cant. Alij doctis et sapientibus viris fabulas  
narrant. Nonnulli in precipuis et marimis ie-  
su christi et virginis matris aliorumque sancto-  
rum solemnitatibus de ludo alee de blasphemia  
de usura et similibus predictant. Nibil de copi-  
osa materia festivitatum occurrente tangen-  
tes. Neu non possum non accusare quendam  
qui in die nativitatis iesu christi in ciuitate ne-  
ritonensi de sodomia totum sermonem conte-  
xuit: cum tamen miranda occurrant de natui  
tate christi iocunda. Cleriq etiam dum con-  
tra vitia inuehūt omni honestate demissa talia  
loquuntur et dicunt qualia erat in ore lenonis  
turpissima viderentur. Di nolunt audire ver-  
ba sancti francisci qui sic in regula fratrum mi-  
norum sanctissime retulit. Monco quoque et  
exhortor eosdem fratres meos in domino iesu  
christo ut in predicatione quam faciunt sint  
examinata et casta eorum eloqua ad utilitatem  
et edificationem populi. Annunciando vitia

virtutes: penam et gloriam cuius breuitate ser-  
monis. In omnibus predictis prudentius fuit  
prius ceteris predicatoribus horum tempora-  
rum dum ille verbi sanctus Bernardinus Ita  
semper recte incessit predicavitque veritatem  
sine fallitare: sine fictionibus: sine adulazione  
cum honore et reverentia predatorum et to-  
tius clerici: cum humilitate in verbis et factis:  
cum patientia ad contentiones vitandas: cu  
mensura et modo: cum grauitate et discretione  
multa adeo quod exceptis emulis eius sermo gra-  
tia dulcis et delectabilis fuit omnibus doctrina  
pariter et in doctrinis viris et mulieribus cunctis  
que generibus hominum: prout omnis italia cla-  
re firmiterque testatur. **T**ertia conditio pre-  
dicationis sancti bernardini dicitur efficacia.  
Predicauit enim cum admirabilis animarum  
fructu adeo quod omnes italia ciuitates et maio-  
res et mediocres et minores pro maiore parte  
sua doctrina reduxit ad christum. Ipse pecca-  
tores auertit. Ipse usuras extinxit. Ipse mul-  
tos habitum religionis induit. Ipse fratribus  
de obseruantia loca et monasteria construxi fecit.  
Ipse discordantes ad pacem reduxit. Ipse ad  
festa colenda populos traxit. Ipse denique cum  
eos mares ac mulieres ut deum timarent ama-  
rent allerit. Testantur hec omnia preclarissime  
in licetque italiae urbes. Roma: sena: perusia: flo-  
rentia: bononia: ferraria: venetia: padua: vero-  
na: vincentia: brescia: mediolanum: ianua: et alie  
cypriplures. In quibus ita efficaciter seminauit  
verba vite ut usque in presentem diem adhuc  
gustulent fructus predicationis suarum. Quin  
imo et si qui post ipsum in officio predicandi  
clari sunt habiti ut fratres Joannes de capi-  
strano: Jacobus de marchia: Matthaeus de si-  
cilia: Antonius de botonto: Andreas de san-  
cto geminio: Joannes de prato: Jacobus de  
doncellis de bononia: Herculanus de perusio  
franciscus de treuio: Silvester de senis: An-  
tonius de arimino: Michael de mediolanor:  
Bartholomeus de ayano: Antonius de ver-  
cellis: Seraphinus de gaieta. Hieronymus de  
spoleto: Franciscus de spoleto: Hieronymus  
de florentia: Dominicus de gencisa: Jacobus  
de gallio: omnes fratres minores in hoc gene-  
re decidi famosissimi et quicunque alii etiam  
de alijs ordinibus mendicantium pro maio-  
ri parte conati sunt imitari modum et regulas  
atque stilum ipsius sancti bernardini. Adhuc et  
multi ex his sermonibus illius: populis pronun-

ciarunt qui fructus vberrimos produxerunt.  
Ego etiam qui de bernardino & si incomposito  
te tam non sine devotione precipua ista re-  
fero: omnem italiam lustravi predicanis que  
draginta annis euangelium iesu christi: ber-  
nardinum habui in stilo pronunciandi necno  
scribendi patrem & preceptor: Et licet illuz  
non viderim legi tamen sermones amenissi-  
mos quos compilauit. Preddicauit illos qua  
doqz postmodum alias ego pseccr. Quod  
vtiqz nō ex presumptione sed charitate ac ne-  
cessitate temporum volui tentare. Nam & p/  
pter studia humanitatis quibus iam comple-  
ta est omnis italia & propter virorum doctissi-  
morum in qua ibet facultate copiam ac etiaz  
propter subtilitatem populorum qui quodā  
modo propter multarum predicationum fre-  
quentiam effecti sunt curiosi: consulte vsum  
est mihi agere ut sermones illos conixerem  
Quare ut partem istam expediam concludo  
q/ sanctus Bernardinus fructuosissime pre-  
dicavit.

**Qualiter deus honorauit sanctum bernar-**  
**dinum: in miraculis: in canonizatione: & in glo-**  
**ria beata.**

### Capitulum. iii.

**Eertia excellentia predicationis sancti ber-**  
**nardini: vicitur honorationis. Volut**  
enim deus honorare illum triplici honore.

**Primus d/ miraculose rutilationis.**

**Sedus solemnis canonizationis.**

**Tertius superne glorificationis.**

**M**ultus honor fuit miraculorum rutilan-  
tium. Multa equidē miracula vifa sunt de sa-  
cto isto. Nam eo mortuo in vigilia ascensionis  
iesu christi: dum fratres eius socij in aquilano  
conuentu corpore in cellula cum luminaribus  
solo dimisso incederent ut capsula celeriter fieret  
in qua corpus illud reconditum senas tras-  
portarent. Quidam adolescentis pasqualis no-  
mine per multos annos claudus qui nec re-  
ctus incedere poterat sed manibus reptando  
ibat: cuius genua carnosa dura erant & tumida  
a spirita sancto inspiratus sic reptando vt  
potuit ad corpus sancti bernardini peruenit:  
& deuotione inflammatus tetigit faciem eius  
& inde genua sua cuj fide infusa mirabilis com-  
mendans se sancto viro. Adox in pedes surre-  
xit sanus & liber & currendo cum lachrymis &  
clamoribus exultationis ad ecclesiam propera-  
vit. Sentiunt omnes voces: vident liberum

quem viderant vsu ambulandi priuatuz. Adi-  
rantur: gratias referunt omnipotenti deo &  
santo bernardino. Conmonetur ciuitas tota  
& fit concursus virorum ac mulierum. Li-  
ues & corpus ad ecclesiam cum hymnis &  
laudibus & armatorum custodia deferri faci-  
unt: socijs atqz sancti referunt ne thesaurum  
ipfis a deo datum inde amouere presumant.  
vidi ego illum pasqualem & secum locutus su  
qui retulit omnia que narrata sunt. Eodem  
die iuuenula quedam nomine partia que mē-  
fibus pluribus in lecto iactuerat nec per seipsa  
poterat ambulare: patiebatur etiam vulnera  
quedam que fistulae dicuntur a medicis: audi-  
ens sanatum pasqualem suppliciter expostu-  
lauit ad corpus sancti deferri. Quo cum per-  
uenisset orationeqz facta in columis rediit do-  
mum non solus restituta viribus corporis sed  
etiam eodem instanti a fistulis perfecte sana-  
ta. Hanc ego allocutus sum & parentes ac vi-  
cinos eius qui omnes affirmarunt sic esse vt  
expositum est. Sicilia de spoleto vrox nobilis  
viri francisci nō valens se mouere de lecto cu  
sic per plures annos molestata fuisset: deducta  
ad corpus sancti bernardini restituta est opti-  
me sanitati. Et hec omnia retulerunt multi  
spolerini etiam & ipsa que prima erat in ecce-  
sia maiore dum ibi vna quadragesima predi-  
caui. Alia muler de populo quo annis trigin-  
taseptem omni vsu ambulandi privata extite-  
rat ducta ad corpus sancti bernardini mor sa-  
nitatem adepta est. Hanc ego vidi sanam &  
robustam ac si nullum antea malum passa fu-  
isset. Sunt & alia istius sancti miracula multa  
vscqz in hodiernuz diem. Ad sacram ciuitu  
mulum frequenter membra languentum mo-  
sanitati qlibet morbo fuerit grauata restituū  
tur. Secundus honor quo deus honorauit  
sanctum bernardinum dicitur solemnis cano-  
nicationis. Fuit equidē canoniciationis cu  
multa solemnitate & magnificencia præ ceteris qz  
vidimus canoniciari. Nam tempore meo eu-  
genius quartus canoniciavit sanctum nichola-  
um de tolentino. Lalitus tertius sanctu vin-  
centum & sanctum osimundum. Pius secun-  
dus sanctam catherinam de sensi. Sixtus qz  
tus sanctum bonaVENTURAM. Et Nicholaus  
quintus sanctum bernardinum. Sed in cano-  
nicatione istius multa concurrerunt facien-  
tia ad gloriam eius: videlicet annus iubileus  
quo ex omnibus christianorum partibus mul-

titudo maxima confluens ad v'hem. Et dies pentecostes festum vtiqz solem assimus. Et generale capitulum fratrum minoruz in quo convenerunt ultra quinqz milia fratrum. Et ego de ipso post canonizationem sermonem ad populum habui in quo concurrerunt milia virorum ac mulierum. ¶ Tertius honor quo deus honorare voluit sanctum bernardinum dicitur superne glorificatis. In celesti nanc patria ultra essentiale premium coronatur aureola que debetur doctoribus d qui diximus in opere de laudibus sanctorum in sermone de sancto petro martyre. Dicere itaqz possimus illud psalmiste. Magna est gloria eius: magna vtiqz in eccllesia militante maior: in eccllesia triumphante. Quare conuenienter de ipso referre possumus quod de paulo primo heremita in sua vita Hieronymus scribit. Si mibi inquit lectionem optione domini minus dignaretur concedere magis eligere tunicam pauli cum meritis eius: ita et sancti bernardini ex regum purpuris cum gemmis suis. Deprecemur ergo deum celi ut per merita tanti sancti dignos efficiat nos sua gratia. Et tandem ad vitam perducat eternam. Amen




Registrum


a		b	p	s
alba	beatam: vt		morte violenta	sconia
In nomine	comestiois		vj.ca. q	urbis epo
conditionum	gentiles.c.		privilegium	Statuto aūs
Et.x.c.	in libis patet		etia operationes	annis vissu
b	i		q	5
materia et	Samiorum		cause preter	C& quinq
incarnatione	ergo iam sunt		et laudabilis	ue reprobum
reparatus	bilitas. Erunt		corporum:	dus dicendi est
ybiqz est	aliud esse		divine gre	Secunda
c	k		r	7
in celum	absolute		deum in suo	oi diligentia
habitu dicens .	recuperata		certitudinaliter	illorūqz
num vel	aut non		indinem	Capitulum.j.
captivitate	Multaqz		nisi tanti	tibi argumētosa
d	l		s	2
populus	remanit		esto curialis	mutabunt
fit adhibitum	etiam dicit		Capitulum.j.	Tertiū quo
salutis nostre	nisi maria		attente.	de ad pedes
Applus ad	contra hoc		uersalium:	se habebat
e	m		t	A
erat in illa	ab omnibus		air: profluens	C Sermo
aliquis	rescri magister		teri poterant	oi deuotione
tñ videtur	pro semine		mandum	conditio
claritatis	enim erat		bus p̄prium	205
f	n		v	
nec iustus	Sed ego		C Sermo	
Qualiter crux	erunt h̄ loco		accipit et	
orasset p̄tinuo	Quarta		Secundum	
amabilis	fitavit illam		caliphs. liij. c.	
g	o		t	
ad patiendum	per aliquam		simi pris	
per voluntatem	nibus depre		doctorum	
Quare aut	crederetur		cipalis ca	
exposuerit	verba grās		eius fluent	




Clarissimi ac celeberrimi praeconis fratris Roberti Caraçoli de Licio;  
Didinis minorum; Pontificis Aquinatis; opus de laudibus sanctorum;  
accuratissime per Georgium Arrinabenum Venetij Impressum; anno  
a natali christiano. M. cccc. lxxix. Nonis Quintilibus.

Dico Gratias.









TRIUMFUS pompeii dum redit ad Verben Secundus  
Suetonius Vno mense sed inter rectis diebus quinque  
Triumfabit

1598


289. 3.89.

300

200

100


10000



Franchising


fidei

regni annos reges celesti iustitia  
sanctus et redemptor nunc salutem











No. Caja  
B. H.